ΤΑ ΤΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΙΣΟΔΙΑ:

THE MVSES WELCOME

TO THE HIGH AND MIGHTY PRINCE

IAMES

BY THE GRACE OF GOD

KING OF GREAT BRITAINE

FRANCE AND IRELAND,

DEFENDER OF THE FAITH,&c.

At his Majesties happie Returne to his olde and natiue *Kingdome of* SCOTLAND, *after* 14 *yeeres absence*, IN ANNO 1617.

Digested according to the order of his Majesties Progresse,

By I. A. (damsonus)
K

Soli sic pervius orbis.

Imprinted at EDINBURGH, 1618.

Cum privilegio Regiæ Majestatis.

Aldis 532.A.

NATIONAL LIBRARY OF SCOTLAND EDINBURGH

-144-

THE HIGHE AND MIGHTIE PRINCE, James THE SIXT, BY THE GRACE OF GOD KINGE OF SCOTLANDE. R.E. *feät.*

SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE PRINCIPI IACOBO,

Dei gratia Magnæ Britanniæ, Franciæ & *Hiberniæ Regi, Fidei defensori, &c.*

Augustißime & potentißime REX,

Musarum hæc Εισόδια & Ἐξόδια, *à suis primùm Authoribus elucubrata & scripta, deinde (quia non indigna Majestati tuæ visa sunt) à me conquisita, congesta, & conscripta; nunc tandem Majestati tuæ inscripta prodeunt in lucem: nec Theoninos invidiæ morsus metuunt, quum ad Numen tuum, unicum Tutanium suum, confugiant: quinimò tutißimum sibi pollicentur perfugium sub patrocinio tam potentis & eruditi* Principis, *& id quidem non immeritò, quum tua sint omnia; à devotißimis subditis tuis, de præclarißimis virtutibus tuis, singula M. tuæ dicta, scripta, data aut consecrata. Ideoque confidunt eâdem vultûs serenitate accepturam M. tuam insimul nunc omnia, quâ priùs audita, lecta, aut visa sunt singula: Præsertim quum publica hæc de meritis erga se tuis Populi tui testimonia, monumenta futura sint ad æternitatem gloriæ tuæ plùs omnibus Colossis & Trophæis valitura; quumque ex iisdem modò intellectura sint extera Regna, tuam* Scotiam *sub* Rege *eruditißimo non ineruditam, erga Regem optimum optimè affectam; & ventura deinceps sæcula visura sint* IN HOC RARO EXEMPLARI, *quibus virtutibus Reges insigniri, quibus animis Subditi affici debebunt. O beatos Principes, qui* IDEAM OPTIMI PRINCIPIS ISTAM *expressuri sunt, feliciorem Regem, qui talem se proponit imitandum! Quibusdam fortasse serò videbitur hoc Symbolum exivisse; sed, ut viris etiam oculatißimis visum est, si citiùs exivisset, non exivisset tempestivè: quorsum enim monumenta rerum præsentium & oculis obversantium? nunc verò, quum penè exciderit, renovabitur progressus tui non sine delectatione recordatio: Et legendis istis jam quasi secundò Majestas tua* Scotiam *perlustrabit. Quæ mea hîc fuerit opera, quàmque ego sedulò partes mihi demandatas obierim omnium optimè norunt meritißimus* Candidæ Casæ *Episcopus, qui in cunctis consilio præfuit, &* Patricius Sandæus, *qui in non paucis adfuit auxilio. Me verò nec impensi laboris pœnitebit, nec graviora tuo jussu adire pigebit, si hanc operam à me susceptam intellexero Majestati tuæ gratam & acceptam.*

Sereniſſimæ Majeſtatis tuæ ſubditus, ſervuſque devotiſsimus,

IOANNES ADAMSONUS.

ΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙ ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΕΣΤΑΤΩ ΤΩΝ ΦΙΛΟΜΟΥΣΩΝ ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΤΙΚΟΝ.

ΟΣΤΙΣ σὴν γλυκέροισι θέλοι μελέεσι καθέλκειν
Τὴν ἀκοὴν, βασιλεῦ, πολυφέγγεα δόξαν ἀείδων,
Οὗτος ἂν ἠέλιον δαίδος σπινθῆρι φανείη
Φαντίζων, δακρυόφ τὲ τὸν ὠκεανὸν καθυδύνην
Αὔξειν, ἐκ γὰρ Ἀνάξ ἐμπνευθέις τήνδε φόιβῳ,
Ἀλλ' αὐτὸς λοχέεις Φοίβος χρυσόπλεκτος εἶναι,
Οὐδὲ μόνον καθαρῆς μὺν ἄδην πίες Ἱπποκρηνῆς,
Ἄλλα τὶς αἰνὰ σοφὴ θυγατρῶν Διὸς ἔσσι,
Εἰς ἣν μὺν χαρίτες τὲ θεαὶ, κὴ πότνια Πειθὼ,
Κῶραι καλλίκομοι, θεὰ κὴ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Ἐξέχεαν πάσαν τ' ἰχύν, κὴ κόσμον ἅπαντα.
Τάυτῃ δ', ὦ βασιλεῦ, τῇ σημοσίῃ ἐνὶ χαρῇ,
Πλυθρομὴ παίδων τὲ χρόα σείνων τὲ γερόντων,
Οἵ μὺν τοσσάκτι φίλην ποτὶ πατρίδα γαῖαν
Συγχαίρυσι φίλῳ σοὶ Πατρὶ τὲ, κὴ βασιλῆϊ:
Ἡμῶν ἔργον ἔην, οἵπερ τοῖς θέσπισι μέλαις
Εὐχόμεθα πρηκτίδεσσιν ὅλαις, ἀλκὴ τὲ στρατεύειν,
Νόσον κἂν λοιτοῖσι τεὸν μελέεσσι γεραίρειν,
Ἴδμεν γὰρ ὑμεῖς, μέλλα δ' ἀυλικοὶ ἴδμονες εἰσὶ,
Σὶ προθύμως μικρὰ δῶρα λαβεῖν, οἷς ἀσπετα δῆται,
Καὶ μεγαλοπρέπος τιμὴ πῦρ ἔσιν Ἀνακτος.

BEATI PACIFICI.
REX FIDEI DEFENSOR
POTENTISS. IACOBVS
MAGNÆ BRITAN
GALLIÆ ET HIBER
Regna Iacobus
Henricus Rosas
HONY SOIT QVI
MALY PENSE
The right high
and most mighty
the Monarch IA
MES by the Gra-
ce of God King of
great Britaine Fran-
ce and Ireland &c. De
fendor of the Faith
&c.



SVMMI ET SVPREMI SENACVLI PARLAMENTARIS IN ANGLIA

Cancellarij sedes ea.

Forma et Ordo in Parliamento

1670

ΓΡΑΜΠΙΟΣ ΤΕΤΤΙΖΩΝ.

Ἀλεγείνῳ ἐν ψυχάνᾳ
Πυανεψίωνος ὥρᾳ
Τρομέων χρύει ὁ τέτιξ,
Ἀχέων πάλει στόμα:
Ἀλεείνῳ δ' ἐν δέ μοι ἧς
Μεταγειτνίωνος ὥρης
Ἐγρεδὲις φερεσβίοισι
Ὑπερίονος βόλαισι,
Κελαδῆι γλυκεῖς ἀοιδάς.
Καὶ ἐγὼ ἄδυμος, ὤναξ,
Καὶ φίλαλος ὢν ἀπόντος
Σέο φαεσρίμῳ προσώπῳ,
Πολυχρυσέαις ἀκτῖσι
Νυνί ἡδέως παλαχθείς,
Νυνί ἡδέως ὑδείω.
Ὁ δ' ἄσομος κατηχῶν
Λιγυρὰν χέει ἀοιδὰν
Διὰ ῥήθεος τρυπάνης.
Καὶ ἐγὼ, ἄναξ φέριστε,
Ἀπέραντον ἐς χλέος σὸν
Στόμα μοῦ τὸ μὴ δύνηται
Καρδίᾳ γλυκὺς ἀείσω.

GRAMPIVS REGI SVO.

Quæ conſtricta ſilet brumali algore Cicada
Flebilis, æſtiuo tempore læta canit.
Sic ego, qui mœſtus multùm te abſente ſilebam,
Phœbe, *ictus radiis nunc cano dulcè tuis.*
Ore ſed illa carens modulatur pectore cantus:
Ore ego ſi nequeo, pectore dulcè canam.

IOANNES ADAMIDES.

A DEDICATORIE
TO THEIR MOST MAGNIFICENT KING,
From the Lovers of learning.

WHo with ſweet layes (O KING) would pleaſe thyne eare,
Or make thy glorie more by verſe appeare,
Hee with à Torch ſhould ſeeme to cleare the day,
And with â teare enlarge the groundleſſe ſea:
For not inſpyr'd by *Phœbus* men Thee deeme,
But gold-wing'd *Phœbus* ſelfe they Thee eſteeme,
Nor did'ſt thou drink of *Aganippe* Well,
But thou à Spring art where *Joves daughters* dwell,
In which grave *Pitho* with each fair-hair'd *Howre*,
And blew-ey'd *Pallas* all their *Nectar* powre:
Yet thus much wee, the *Muſes* nurſlings, would,
Though not as thou deſerv'ſt, yet as wee could,
In this glade tyme, when now, by thy Repaire
To theſe deare bounds where firſt thou ſucked aire,
Joy over-joy'd in formes confus'd appeares,
And maks old age amaz'd of *Æſons* yeeres,
As was oure dewtie, humblie to Thee bring
Theſe lines, à gift but ſmall for ſuch à KING,
Save that wee know, what all the world doth know,
That thou canſt ſmall things take, as great beſtow;
Which is the rareſt, too and richeſt Gemme,
That can adorne à Princes Diademe.

Done out of the greeke.

MEDIOCRIA FIRMA

Danorum Regis Fridericæ gnata secundi,
Quam Sophia in lucem ter veneranda tulit:
Te sibi connubio iunxit, tuum sceptra Scotorum,
Nunc etiam Anglorum qui diadema tenet.
Sors hæc unde tibi? superas virtutibus annos,
Sexum animis, morum nobilitate genus.

Matth. Qu. Iudeb.

Crisp. de Iodic. et gemd. Cælat.



ΤΑ ΤΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΙΣΟΔΙΑ,

OR

THE MVSES WELCOME
TO THE KINGS MAJESTIE,

AT HIS HAPPIE RETVRNE TO HIS OLD AND NATIVE KINGDOME OF SCOTLAND, AFTER XIV YEERES ABSENCE.

His M. came from Berwik *to* Dunglasse *the xiij of May, where this speach following was deliuered by Alex^r. Hume.*

ALVE, REX regum illustrissime, homo hominum suavissime, & rerum optabilium tuis optatissime. Tuis (inquam) non quòd alii non sint etiam tui; sed quòd nos debemus, & volumus esse (ut ita dicam) tuissimi. Et tamen, ne verum dolorem taceamus; dolemus sanè ullos præter nos esse tuos, aut te esse ullorum. Sed hunc dolorem malumus æquis animis ferre; quàm ut non sint etiam tui, quicunq; te verè & ex animo amare velint; non sit tuum quicquid nomen ornet, ditionem augeat, opes amplificet. *Priami* fertur quinquaginta fuisse filios: Ad hos ille communi, ad illum hi suo quisq; jure pertinebant. Unde

studuisse

ſtuduiſſe unumquemq;, ut ipſe eſſet patris, pater eſſet ipſius; neq; contra naturam, neq; ab æquo &bono alienum fuit. Quis unquam *Hectori* vitio vertit, quòd pro patre, & patria plùs ſudavit, aut pugnavit fortiùs? Tu nobis *Priamus*: nos tibi *Priamidæ*: *Hectorem*, quàm *Paridem* imitari quantò magis pium, tantò *Priamidis* laudabilius, *Priamo* gratius, & ſalutarius. Si quibusergo placet certare, utri amemus ſinceriùs, obſequamur paratiùs, hoſtes oderimus infeſtiùs; facilè patimur; ſed non ut facilè vincamur. Unum eſt noſtrum proprium, quòd licet omnes omnia agant, nunquam efficient, ut non ſit noſtrum. Nos hactenus per duo ferè millia annorum ſoli fuimus majorum tuorum; illiq; nos reſpiciebant ſolos. Si labores & ſudores; ſi frigus & famem; ſi incommoda, & pericula, quæ illi pro nobis, nos pro illis hauſimus, enumerare velim; dies me, quid diem dico? imò annus, imò & ætas deficiet priùs quàm oratio. Hoc ſummatim dicam, ac verè dicam, *nullam eſſe gentem in qua illuſtriora exempla videas, in* REGIBUS *virtutis & conſilij, in populo pietatis & officij.* Ita in principio convenerat; ita à duobus ferè millibus annorum pactis & conventis ſtatum eſt; *Quod haud ſcio, an ulla gens, ex* Europæis, *ſcio, nulla gloriari poteſt.* Cùm SCOTI in vacuum hujus inſulæ ex *Hibernia* & *Aebudis* primas colonias deduxerunt; *Picti* qui ad eos maternum genus referebant, imprimis lætiexcipiebant. Deinde creſcente ſobole, ſive metu, ſive invidia, indignati, queri, fremere. *Brittones* utriſq; æquè infenſi, quòd in ſua invaſiſſe exiſtimârunt (quamvis multitudo nondum eò creverat, ut angulum aliquem inſulæ plenis colonis occupare poſſent) flammam incendio addunt, & auxilia pollicentur. Hîc SCOTI, qui tum ſine Rege, ſine Lege vivebant, oportuni injuriis ad rem deſperatam ex *Hibernia* gentilem ſuum *Ferchardi* Regis filium accerſunt. Ille convocato voluntario milite, ut ſuis ſuccurreret, continuò advolat. Ut venit, quâ fuit ſolertia, totum hoc quod fuit periculi à fraude *Brittonum* ortum eſſe comperit, & *Pictis* aperit. Non SCOTOS tantùm peti: pulſis SCOTIS eos eſſe ſolos: alteros in alteros incendere: ut hos victos, illos fractos, ambos poſſent perdere. *Brittones* hac ſpe dejecti ex *Pictorum* agris per furtum prædas agunt: repetentibus reſpondent, æquiùs eſſe a SCOTIS qui latrociniis vivebant (ita convitiari placuit) quod furtum factum erat, repoſcere. Hinc illi, alteri damno, alteri convitio irritati, conjunctis copiis fines *Brittonum* invadunt, & quicquid ferri, aut agi poſſet, diſtrahunt. Iſti ut vicem redderent, collecta manu in fines SCOTORUM incurrunt. SCOTI convocatis etiam ſociis de conſilio FERGUSII (id Regi nomẽ fuit) ſervato tempore, caſtra hoſtium de nocte invadunt; & Regem (*Coilo* fuit nomen) cum magna parte militum occidunt. Ergo ab auſpicato principio Regem creant, jurantq; *Se nullum unquam* REGEM, *niſi*

ex illius

ex illius stirpe toleraturos. Hoc fœdus DEUS divino nutu ita probavit; ut nullis armis, neq; *Brittonum*, neq; *Saxonum*, neq; *Pictorum*, neq; *Danorum*, neq; *Normanorum*, neq; *Romanorum*, qui reliquam *Europam* domuerunt, rescindi posset. Primus Romanorum impetus in CORBREDUM GALDUM circa centum post CHRISTUM annos fuit, duce *Agricola*, viro non minùs manu, quàm consilio prompto. Ille genere armorum & militiæ aliquot præliis inferior, locorum difficultate se suosque tuebatur. Sed revocato *Agricola*, dici non potest, quanta celeritate amissa recuperârit, & damna rependerit. Ab hoc principio per trecentos amplitis annos contra tantum hostem sua defenderunt, & mala illata retulerũt; ut, quod nusquam alibi leguntur feciſſe, imprimis *Adrianus*, deinde *Severus*, muro, cujus vestigia adhuc visuntur, se suosq; ab indomiti hostis pertinacia separârint. Simile fuit *Danorum* odium; sed eventus dissimilis. Nam post octo infelices excensiones ducum fortissimorum, militis (ut ipsi putabant) invicti: jurârunt se nunquam iterum infestis animis, & armis SCOTIAM ingressuros. *Pictorum* amicitia, nunquam satis firma, sæpe in bellum, bis in exitium nostrum exarsit. Quod semel *Romanorum*, iterum *Saxonum* copiis freti, tantùm non perfecerunt. Cum *Romanis* nomen SCOTICUM tota insula viginti septem annos exegerunt. Cum *Saxonibus* ALPINUM Regem, ad quem jure hæredis illorum sceptrum pertinebat, occidunt; & *Abernethi*, quod caput gentis fuit, caput illius conto ad ludibrium exponunt. Hac clade perculsos Proceres KENNETHUS secundus, qui patri successit, cum nec precibus, nec argumentis in ultionem posset accendere; personato tanquam ex cœlis nuncio, tantam spem victoriæ injecit, ut totam gentem præter paucos, qui ad *Osbrethum* & *Ellam* potentissimos eo tempore *Anglorum* Reges fugerunt, radicitus extirpârit. Sed hæc ut mittam (neq; enim animus est, neq; tempus patitur omnia persequi) *Normanorum* odium, an spem dicam, non possum preterire. Nam *Guilielmus*, qui à devicta *Anglia* nomen sortitus est, rebus succedentibus feliciùs, quàm sperare, aut penè optare posset; MILCOLUMBO (istum rerum in SCOTIA potiebatur, vir sanctissimus, & fortissimus) bellum denunciat, ratus armis suis nil posse resistere. Causa prętendebatur, ni *Edgarum* redderet. Is erat *Edwardi* ex *Agatha* Hungari filius; *Edmundi* Anglorum Regis nepos; ad quem regnum illud jure pertinebat; quemque *Normanorum* vim fugientem, & tempestate in SCOTIAM actum MILCOLUMBUS hospitio acceperat, & conjugio *Margaritę* sororis in affinitatem etiam adsumpserat. Verùm tribus exercitibus fusis, & rebus *Anglicis* nondum satis confirmatis, veritus ne illi arma, & animos resumerent; pacem fecit. *Edgaro* ex pacto in *Anglia* amplissimos agros; & *Voldosio* Sibardi Northumbri filio sororem suam uxorem

dedit: unde nata *Mathildis* DAVIDIS Regis conjunx, cujus jure Northumbria SCOTORUM facta fuit, quæ res multorum, & magnorum bellorum causa exstitit. Ita tum res sopita. Sed spes ad suam ditionem addendi SCOTIAM non tum deleta. Hæc non semel refulsit: Sed *Edwardo* primo penè emicuit. Omnes enim iste SCOTOS, præter *Vallam*, & paucos privatos homines, qui à Regis fide nulla vi potsent cogi, armis, & minis, & malis domuit. Nam *Ioannem Balliolum* regni quã honoris cupidiorem spe regni in verba sua adegit: & deinde contumeliâ à se alienatum armis vicit, *Londinum* traxit, & regno exuit. Quis jam putaret unquam fore, ut sceptrum SCOTIÆ ad legitimas manus rediret?

Nam ROBERTUS BRUSIUS, qui cum *Baliolo* regnum petebat, *Edwardi* sententia, cui communi competitorum voluntate judicium permissum est, victus, omnem spem regni abjecerat, & *Edwardi* partes contra *Baliolum* summo studio sequebatur. Sed hîc divinæ voluntatis consilium, sicubi unquam, luculenter apparuit. Nam primùm à *Valla* monitus, & post à *Cuminio* in fraudem illectus, coactus est *Edwardum* relinquere. Sed contra tantum hostem adeò infirmus, ut primis aliquot annis ad eas redactus esset miserias, unde nemo crederet emersurum; in sylvis salutem quæreret, & tandem apud nescio quem amicum sepultus lateret, usq; dum amici simul sperare, & inimici metuere desinerent; penitus periisse putaretur. Hinc tanquam ex nebula erumpens, aliquot arces securiores, quàm tutiores occupavit: & ad famam rei confluente populo, *Cuminio*, quem *Anglus* rebus Scoticis præfecerat, tantum terroris injecit, ut non auderet fortunam experiri. Ad hos motus reprimendos dum *Edwardus* se parat, moritur. Reliquit *Edwardum* filium, & regni & belli hęredem. Hîc per *Angliam*, *Galliam*, *Flandriam*, quàcunque ejus nomen patebat, edicit se SCOTORUM nomen deleturum, & sequentibus se eorum agros, & opes daturum. Unde ingens ad eum tanquam ad prædam, non ad prælium, multitudo undique confluit. ROBERTUS pro viribus se contrà comparat. Infirmitatis conscientia cautum facit. Locum ne circumveniatur deligit; adeoque fœliciter pugnat ut ingentem illam multitudinem funderet, Regem fugaret, cogeretque, qui tantas copias duxerat, in cymba piscatoria salutem petere; SCOTIS pristinam libertatem restituere, & omni jure, quod pater in eos arrogaverat, cedere.

Hæc ego non ideò tantùm commemoro, ut homines videant, quàm ratum DEO fuerit fœdus nostrum cum majoribus tuis: sed etiam, ut, si qui volunt nobiscum de pietate in te contendere, intelligant, nos, qui tanta fortitudine majoribus tuis operam navavimus, non minorem tibi, cui majorem debemus, navaturos. Illi bella fortissimè gesserunt, & mala minantia optimo consilio, pertinaci labore, & fœlici eventu propule-

runt

runt. Tu bona pro quibus illi bella gesserunt, sine bello impertiris. Quantò pax bello, otium negotio, quies labore gratior ; tantò plus tibi, quàm majores majoribus debemus. Duæ sunt Regum summorum summæ laudes ; altera à belli, altera à pacis artibus ; utraque necessaria. Pax sine bello injuriis opportuna; bellum sine pace nullo malo non importunum. Qui nisi pacem colit, ut bellum caveat ; bellum gerit, ut pacem gignat ; nondum didicit quid sit REGEM esse. Nam pax per se est bona, bellum propter pacem. Pax cujus causa bellum bonum, tua (REX illustrissime) est propria. Tecum nata, & educata unà cum ætate accrevit simul. Quo primo tempore ex ephebis excessisti, belli incendium (nam bello intestino tum flagrabat SCOTIA) extinxisti ; odiorum semina extirpasti; gratiam conciliasti; & (ut verbo dicam) pacem publicè & privatim, domi & foris, etiam invitis obtrusisti. Vicinos, quibuscum nobis antè continenter bella, conjunxisti. Quibus cœlum, solum, vita, lingua, fides communis ; quorum mores conveniunt, quorum commercia penitus toto divisit orbe Oceanus, tu (ea nascendi sors fuit) etiam sceptro conjunxisti. Quod *Xenophon* de *Cyro* prædicat, ἐκόντων ἤρξατο παμπόλλων ἡμιόνων ἀπιχόντων, si verum est, post *Cyrum* antè te nondum verum fuit. At te ipsi vidimus ita vitam instituisse, ita sceptri auctoritatem temperasse ; ut *Angli*, gens non minus opibus florens, quàm numeroso & invicto milite potens, Regem sibi etsi tuo jure, tamen summa sua voluntate libentes & lætantes adoptârint. Antè nihil quidquam cuiquam erat proprium. De nocte latrones, de die hostes agebant, & ferebant omnia. Nunc licet per quietem somnū capere : nunc licet suo cuique frui : ut qui hæc tibi non accepta ferat, indignus sit te, indignus sit bono tuo. Nos, si qui volunt his officiis nobiscum contendere, non committemus, ut qui olim fuimus tui soli, nunc inter alios non simus tuissimi. Gratus ergo tuis omnibus reditus tuus, *Humiis* gratissimus. Quorum gens, quàm lætis animis oculos tuos intueatur ; corona, quam vides, monstrat. Quorum Princeps, quàm arctis ulnis Majestatem tuam accipiat, non opus dicto, facto ipse clariùs quàm dici potest, ostendit. In quo si quid aut votis suis, aut Majestati tuæ non responderit, veniam rogat.

Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus & mens,
Nec semper feriet, quodcunq; minabitur arcus:

Illam tibi summam habet gratiam, quòd ultimò abiens, primò rediens, ædes suas præsentiâ tuâ dignaris illustrare. Qua fide & constantia sceptri tui Majestatem coluerit : quibus officiis, quibus periculis suis & suorum ab occulta fraude, & aperta vi perfidorum defenderit ; non est opus teste ut probem ; tu ipse testis probus. Dixi.

The Kings Majeſtie hauing heard the preceding ſpeach, theſe Poëſies were deliuered.

ΕΠΙΒΑΘΡΙΟΝ,

EXpectate diu, tandem nos numina voti
Damnavere reos, reducemque dedere tueri
Quem toties expoſcit amor: nec vana tuorum
Spes, quanquam longis inter ſuſpiria curis
Anxia, continuis fovit ſua gaudia votis.
Jam bis ſeptenas ſibi Grampius induit acri
Concretas algore nives; totieſque tepentes
Frigora laxârunt Zephyri; & genitalibus auris
Vere novant ſylviſque comas pratiſque colores;
Orba tuo, ceu luce ſua, dum SCOTIA vultu
Languet, & offuſas jam tot ſuſpirat ab annis
Luminis erepti tenebras noctemq; morantem.
Te fuerit quàm dulce frui, gens omnis & ætas
Senſit: te Proceres, te Plebs Patreſque togati
Sæpe redonari patriæ voluêre: nec unquam
Conſenſu majore animi caluere tuorum
In vota, aut ſtudium viſendi Principis ardor
Acrior accendit. Non ſic mens ægra paventem
Sollicitat matrem, longo cui diſtinet auſter
Æquore cunctantem natum, dum grata repoſcit
Debita depoſiti, & tardi ſpem ſuſtinet anni;
Vt nos cura tui tot jam tenet anxia luſtris.
Dum meminiſſe juvat quantis præſente beârit
Te tua nos fortuna bonis; quantoq; ſoleres
Eloquio mulcere animos, pacemque tueri
Conſilio; precibus facilè placabilis iras
Ponere; inoffenſo moderari jura tenore.
Ipſum etiam natale ſolum patriæque penates
Deliciis caruiſſe ſuis, tantæque queruntur
Tædia lenta moræ: campi colleſque ferarum
Depaſti turmis, & quos indagine cinctos
Exercere tuis ſaltus ſudoribus, ævi
Plenus adhuc, fremituque canum, ſtudiisq; ſequentum

aſſuer-

(XVII)
EDWARD 5
(XVIII)
RICHARD
TH FAMILIES
(XIX)
HENRY
(XX)
HENRY 8
UNITED
(XXI)
(XXII)
MARY
(XXIII)
ELIZABETH
(XXIV)
JAMES
K of Fr
K of E

The Kings.

Assuêras, gratis desueta laboribus horrent
Lustra suis populata feris, exesaque sylvis
Arbuta, & arcanos nemorum squalere recessus.
At nunc incolumem, & sceptris majoribus auctum
Fortunæ cœlique bonis, pacisque triumpho
Insignem, sibi dum reddi & natalibus oris
Aspiciunt, posito renovant sua gaudia luctu
Omnia. Puventes solito se lætiùs ornant
Fronde novâ sylvæ; campi collesque comoso
Luxuriant cultu: non sic Junonius ales
Stellatis varios pennis discriminat orbes,
Aut picturatum variat Thaumantias *arcum;*
Multiplices mutat pratis ut Flora *colores:*
Vnde sibi intexant crines, sertisque coronent
Nympharum *choreæ; dum te* Pæane *canoro*
Montibus & sylvis resonant; talemque tueri
Venantem exposcunt, qualem stupuêre calentem,
Lassantemque feras; sudato & pulvere semper
Majorem: qualem non Ossa *aut* Pelion *ingens*
Pelidem, *Idæus non vidit* Oriona *saltus.*
Blanda nec humanis cœli indulgentia votis
Concedit. Zephyri *aspirant, ducuntque benigno*
Astra situ: vernis ridet tibi solibus æther.
En ut Fortha *trahens populares auctior amnes*
Accurrit, positisque minis, tibi murmure leni
Crispat aquas, stratis cui plenior obviat undis
Oceanus; Phorci Tritonumque *agmine ducto,*
Lætumque æqnoreo perfusus nectare vultum;
Quo ventos hyemesque premit, cœlumque serenat.
Nec Glotta *his cessisse velit, vel* Tueda, Taüsve,
Vt possent reducem amplecti dominumque mereri.
Quid populos urbesque loquar, Procereſque Patresq;
Obsequiis certare piis: dum debita reddunt
Munia, quæ magnum est nostro concedere amori,
Sed majus meruisse tuum, & voluisse mereri.
Cujus amor pietasque fovet, prudentia magnum
Imperium cura solerti in pace ministrat.
Quid memorem hæc inter communia gaudia, quo te
Privatim studio votoq; expectet Edinum?
Dilectumque sui Pignus *suspiret amoris.*

Naſcentis cui prima tuæ ſpiracula vitæ
Excepiſſe datum, & toties ſenſiſſe favorem:
Hinc amor, hinc juſti ſemper reverentia ſceptri;
Et quæ ſupplicibus tibi pulvinaria votis
Vſque calent; dum tu tanta quos pace tueris
Reſpicis, & vultu præſens dignaris amico.
Quid referat neſcit, niſi quam cum ciuibus vrbem
Jam pridem tibi devovit, Regique Patrique
Perpetuis ſacret obſequiis, & numina votis
Sollicitet; quæ tot ſceptris, tantoque bonorum
Te cumulo ornârunt, multos feliciùs annos
Indulgere velint, & qua pietate tueris
In terris pacem, dent tandem poſſe mereri
Æternam cœlo placida cum pace quietem.
Nec cauſa Aonidum *levior vel cura ſororum*
Lætitiæ in partem aſſumi: quæ protinus ortus
Excepere tuos, tibi formavere juventam,
Et plenos fudere ſacro de fonte liquores:
Et quem Parnaſſi *natum fouere ſub antris*
Jam patrem agnoſcunt, præſes cui cedat Apollo;
Sive modos numerare velis, ſive ore ſoluto
Ducere quo libeat populos: nec parcior ipſas
Dextra fovet Muſas: non debita præmia deſunt
Virtuti, aut meritis: ſic te fœcunda patrono
Ingenia aſſurgunt; quæ tot miracula mundo
Fortunæ præclara tuæ non viſa priori,
Virtutes q3 æquas fortunæ in ſæcula didant.

JVdicium incertum poſſit (REX *magne*) *videri,*
Vitæ evolventi fila remenſa tuæ,
Plus tibi contulerit fortuna, an maſcula Pallas,
An, qui te nobis, nos tibi, junxit amor.
Caſibus ereptum magnis fortuna ſub ortu
Te primo ſceptris ſervat, & iſta tibi.
Ævi maturo cumulat diademata, & uni
Imperium donat, nemo quod ante tulit.
Ingenium vivax Pallas, *mentemque ſagacem,*
Vim culti eloquii, conſiliumque dedit.
Diſcordes animis populos & moribus olim
Vnanimi per te fœdere nectit amor.

Idem

Idem ſic tota ſedit tibi pectore vita;
Vt præter pacem nil coluiſſe velis.
Nunc etiam reditum in patriam perſuaſit: & altos
Lætantis Patriæ pandit vbique ſinus.
Sic te per ſeros traducta ſtirpe nepotes
Hæc tria perpetuo fœdere nexa beent.

ADAMUS REGIUS.

CÆſaribus quondam poſuit quos Roma *triumphos*,
Auguſto hos reduci SCOTIA *læta ſuo.*
Sed magno majora auſo quæ digna Monarchæ,
Qui tulit in victa tanta trophæa manu?
Ante triumphales currus Eccleſia *præſes*,
Juſtitia & Pietas cingit vtrumque latus.
Inter regales fulget Clementia turmas,
Virtutum glomerans agmine tota cohors.
Relligionis apex puræ, Babylonica pellex
Vindice quo Herculeo robore victa jacet.
Ingredere O felix multum, felicior exi,
Si Phœbi *radiis non licet vſque frui:*
Et quam optatus ades, Regum lux maxima, tanto
Major & eclipſius, noxque receſſus erit.

R. C.

Ἐκπυρήνισμος τῶν χαλοιώτιςων ὀνομάτων τῦ μεγάλυ
ΙΑΚΩΒΟΥ τῆς μέγαλης Βρεταννίας.

Θεσπέσιον φάτισμα Παλαισικὸν ἐννεπεν, ἡρῶς
Ἡ τε πατρωνυμίη θέσκελον Οἰκονόμον,
Ἀμφοτέρυ πίναχος φύλαξ, μυρίοισιν ἀγάσνεις,
Δίπτυχα σημαίνων πᾶσι δίκαια νέμειν.
Ἡ σαῦ ἀντίτυπον μίυθεις, ψευδώνυμον ἀνδρα
Ἀγλίδεον, θεμιτῶς πρωτοχλοκεῖα φέρεις.
Πρτώεα Ρωμαίον δολερὼς πρωῖα φέροντα,
Δαίμονος ἰμέρτην ἀντιπάλοιο μονὴν
Ῥίπλε πόδος τελαγῶν ἀπό βήλυ θεσπεσίοιο,
Παπποπάλης κρατερὸς τ' οἰκεγόμος τ' ἀγαθός.

Ἰλερμ. Στρυθέρος.

REGI SVO SCOTIÆ GRATULATIO.

ERgo ades, ô!, tandem, remoras & diſpulit omnes
Expectatus amor patriæ; nec vota preceſque
Incaſſum cecidere meæ; nec, quæ irrita pro te
Multa gemens, ternis duxi ſuſpiria luſtris:
Ex quo trans Tameſin, Caledonis lentus ab oris
Natus abes, matri dilectus, pignora ſupra
Quot dederam, dum mater eram: TE flumina noſtra,
TE liquidi fontes, & triſti murmure ſylvæ,
Et riguæ lacrymis valles, nemoroſaq; montes
Culmina, TE mœſtis ſuſpirauere cavernis
Tot luſtra. At jam Tueda pater, jam flumine Fortha
Excipit, & montes Lomundi, & regia celſis
Regibus, & regnis felix Falklandia: mox jam
Ocelliq; juga & Sterlini ingentia fidi
Mœnia, reptatumq; ſolum & vagitibus æther
Pulſatus cuniſq; tuis. Stat turribus altas
Oſtentans pinnas, & collibus omnibus unum
Eminet EDINUM; & celſi faſtigia ſceptri
Vendicat, imperio locus æmulus. Vt reducem te
Jam gaudent, vultumq; & amatum, & amore verendum
Feſtinant vidiſſe tuum! Jam flumina noſtra,
Jam liquidi fontes, & læto carmine ſylvæ,
Et reſonæ cantu valles, nemoroſaq; montes
Culmina jam lætos tollunt ad ſydera plauſus.
Et REGEM ſalvere jubent, & grata benignum
Ac memorem agnoſcunt lati tanta æquora campi;
Tam longum qui emenſus iter ſe cernere tantus
Veniſti, & veras aluiſti in pectore flammas.
O ſi magnorum priſco quos tempore vatum
Te dignos enixa fui, nunc afforet ullus;
Aptis æquaret numeris qui grandia rerum,
Grandia qui dulci molliret carmina melle;
Quas grates, quæ vota tibi, quo carmine laudes
Cantarent meritas! Nunc tecum in proxima regna

Quum tuleris Musas; facilis cape, non quod Apollo,
Sed quod dictat amor, Patriæq; Deiq; Tuique
Verus amor, primis cunarum cœptus in annis,
Nunc quoq; sub seræ perdurans tempora vitæ,
Non dente ævi ullo, non terræ tractibus ullis,
Invidiave ulla, vel detractoris iniqui
Carpendus sermone, ullo aut rumore sinistro.
Ingens FERGUSII, *primusqui* SCOTICA *sceptra*
Fundavit, soboles sexta & centesima regnis
Felix illuceſce tuis, parilique vigore
Fortunaq; pari regnum fundato BRITANNUM,
Atque pari fato regnum firmato BRITANNUM:
Et firmum in seros totidem transmitte nepotes,
Quot magnos numeras atavos, ni Machina *mundi*
Præveniens vasto vertat regna omnia lapsu.
Nate ingens BRUSII *ingentis (qui* SCOTICA *sceptra*
Restituitq; suis natalibus, inq; nepotes,
Parva habita haud parvis olim fundamina rebus,
Transtulit) huc ades, & patrios agnosce penates,
FATALIS *soboles,* FATALI *ab origine,* NONA,
Debita tot regnis SCOTO, ANGLO, FRANCO *&* HIBERNO,
Quaq; rigat TIBERIS, *& qua* JORDANIS *inundat:*
Quanquam animos imples tanto molimine, quanquam
Fata implens hominum spes & vota omnia vincas.
Ingens BANCHONIS *soboles, natiq;* FLEANCHI,
Unde STVARTA domus tot regni sceptra per annos
Molitur; Prisco BRITONI *genus & genus* ANGLO,
NORMANNO, *&* FRANCO, *&* DANO, HISPANO, *atq;* ALE-
Regibus, imperio & ducibus permista, nec ulli (MANNO,
Extera, quot jactat proceres, ingentibus usquam
Fœta viris EUROPA, *& rerum admovit haben is.*
Una sed HAEC *patria est,* NATUM *hæc susceperat, et nunc*
Suspicit; atque colit TE unum PROLEMQUE PATREMQUE,
Atque polum votis pro PROLE *&* PATRE *fatigat.*
Atqui hæc inter tot diadem ata celsa, corollam
Annumerare tuis titulis fas ducis & unam,
Privatam (verum magnis de regibus ortam
Regibus affinem magnis, regumq; gerentem
Sæpe vicem, belliq;, domiq;, &, quod satis unum est,
Gignentem celsum generoso semine regem,

REGEM, *quo tellus majorem non videt, unus*
Qui TERNA *imperii tractas sceptra alma Britanni*)
DUGLASIAM, ANGUSIAMq́ *domum; virtute secundam*
Haud ulli, quos Prisca aut Roma, *aut* Gręcia *jactat;*
Seu numero Heroum, seu robore mentis & armis,
Sive fide in patriam. Sceptrorum ut millia sceptris
Accumules q́ tuis, numeres q́ in stemmate Reges,
Latius quotcunque orbis habet. Non ultima laus est,
Præclaris etiam duxisse Heroibus ortum.
Atque hæc majorum sunt nomina celsa tuorum:
Sed quis priva tuæ libet præconia laudis?
Orbis opes & deliciæ, REX *maxime, Regum*
Miraclum; Regnis privata, & regia miscens
Privatis decora, & Musas diademate adornans,
Et Musis diadema, altum almis, aureum amœnis,
Vtile jucundis; humanum divite vena
Divini ingenii supra humana omnia longe
Surgentis; quam nulla industria, non labor ullus
Discentisve, aut monstrantis prudentia solers
Contulerit. Datur hæc artes divinitus inter
Vna omnes: At nec divis datur omnibus, uni
Regum sed donata tibi: quid livida turba
Invideas frustra quocunq́ aut nomine carpas?
Nec minus hoc privum est, rarum per secula cunctis
Miraclum terris. Tu qui bello quatere orbem,
Armisq́ animisq́ potens, terraq́ mariq́
Posses, vicinasq́ ciere in prœlia gentes,
Pacis amans, colis almam, & pacis dicier author
Eligis, ac populos in bella cruenta ruentes,
Germanos, Gallosq;, Italos, Batavosq; & Iberos
Compositis frœnas odiis, gestisque beatus
Sic dici, sic esse haud falso nomine gestis
ARBITER *Europæ, perq́ Europam* ARBITER *orbis.*
Nec minus hoc mirum est (mirari ut desinat auris
Assueta atq́ oculi) quod tot Caledonis *in oras*
Anglorum *ducens turmas, pacem tamen unà*
Ducis, & innocuas das fœdere jnngere dextras.
Salvete, O vere FRATRES, *quos* Rhenus, *& ipsi*
Agnoscunt Batavi; *vos* Tueda, & Fortha, Taüsque
SCOTIA *vos omnis cognata hac voce salutat.*

Este

Este boni, vultusque & amicas sumite mentes,
Communemq; Patrem communi adducite cura,
Communemq; DEVM, & communia fœdera, & ipsam
Communem matrem terram memorate BRITANNAM.
Nullæ hic insidiæ, veracibus omnia aperta
Sunt SCOTIS: *fastus, absitque injuria verbis,*
Non magè securi Tamesis *degatis ad undas.*
Crescit opus minuendo: solo defunctus in astra
Perferor: O cœli soboles, *gratissima cœlo,*
Et cœlo defensa, & adaucta, altoque locata
Regnorum in solio; & cœlesti rore rigata
Doctrinæ, eloquiique; unde aurea vena liquente
Melle fluit dulci, demulcens pectora; & unde
Fulmina TARPEIAS *olim quassantia turres;*
Telaque cœlesti vibrata à robore torques;
Æquatura solo quicquid cœlo obstitit alto.
Cœli cura; solo donec cœlestia tractas
Hospes adhuc: idem hospitio cum liber abisto,
(Carcere seu mavis) patrium conscendis Olympum.
Incola tum cæli cælo regna altera (tanto
Te major, quanto terris cæli ardua) sume.
Interea magno Cœli *tua militet omnis*
Cura DEO, atque illi mentemq; manumq; dicato.
Hoc decus omne tuum ducas, hoc gloriam ab uno
Surgere fonte putes. Sic magnus, cætera calca
Sub pedibus; Sceptra illa tua, ac diademata, & ipsos
FERGUSIUM, BRUSIUMq; *et cum* BANCHONE FLEANCHUM,
Atq; STVARTORUM *genus, & tot stemmata Regum,*
Et laudes quascunque tuas, seu sorte datas, seu
Ingenio, geniove, animove, aut corpore dotes.
Hoc mihi cælesti nutritus nectare, quondam
Hausta tibi hæc pietas cum lacte infixa medullis
Insedit, sedeatque omnes mansura per annos.
Hac tua te GENITIX *iterata voce saluto:*
Hac te NATA *colo. Roseo mox nectar ab ore*
Stillans læta legam; labrisq; (ò!) oscula labris
Surripiam; & tenero circum-dabo brachia collo.
Aut hoc si nimium est, imis dabo basia plantis
Et longe retro venerans vestigia lambam.
Viue diu PROLESQUE PATERQUE *mihiq; DEOq;,*

Atque orbi, prudenſque piuſque, & magnus, & ipſo
Te major: cœli cum explêris munera, cœlo
Inſerere; & vere REX *cuncta in Sæcula* REGNA.

HUmia *gens* Anglis *occurrere ſueta ſub armis,*
Et facere atque pati fortia docta manus.
Cur nunc pacatas, dextras cur jungit iner-
Quosq; haſtis ſolita eſt excipit hoſpitio? (mes
Hæc tua, PAX MUNDI, *bonitas eſt,* CHRISTE, *Britãnis,*
Poſt hunc, Pax Mundi, ſors, JACOBE, *tua eſt.*

PRima, *tui quondam, fida & cuſtodia regni*
Humia *gens; belli principiumque tui.*
Nunc tibi principium pacis, quiq; agmina ſue-
Ducere; lætantes ducimus ecce choros. (ti
Quique horrentem haſtis Scotorum *in prœlia turmam*
Horrida, cumque Anglo *jungere bella fero.*
Mentiar; aut nullis horrendam ducimus Anglam,
Judice te; vultum reſpice, ſive animum.
Nec fera miſcemus truculento prœlia Marte:
Sed colimus caſti fœdera ſancta thori.
Hinc ſurgunt mihi ſtructa palatia, diruit Angla
Quæ quondam, melior jam ſtruit Angla *manus:*
Hinc quam fauſta *tibi procederet* UNIO, *ſi ſic*
Exemplo ſaperes Inſula *tota meo.*

DEXTRAE OSCVLA.

QVod ſe effuſa tuæ dextræ implicat, oſcula libat
SCOTIA, *in amplexus fœmina virq; ruit*
Hæret, & avelli nequit: et rurſum oſcula jun-
Et rurſum inq; manus proruit inq; pedes: (git
Hoc omnis ſexuſq; ætaſque, hominum hoc genus omne
(Oppida ſive colat, ſeu colat arva) facit:
Quid niſi amor pietasq; in te REGEMQUE *Patremque?*
Quid niſi devoti pignora certa animi?

Quid

Et tua quod facilem populo se præbet amanti
Dextera, qua populus basia libet amans:
Quid nisi amor tuus est? dulce hoc certamen amoris,
Tune illum melius, tenue amet ille magis.
Non apicem imperii minuis sic; nesciit usquam
Qui credat, verum quâ cluat imperium.
Cætera ducuntur vinctis animantia collis,
Et præbent stimulis tergora, & ora lupis.
Ast homini vinclum Cor: corde is ducitur uno:
Præcipue priscam qui Caledona *colunt.*
Hos collo quisquis conetur ducere, collum
Seu sibi, sive illis ruperit ille prius.
Nec tamen hoc facile est; quisquis tentavit, inanem
Vim sensit, casu vel luit ipse suo.
At tu corda tenes, Rex *felix usque tenebis:*
Sic regis, ingenio sic frueris que tuo.
Prudens perge Jacobe, *& amari, & mitis amorem*
Testari: hæc regni vincula firma tui.

SCOTIAE CVM ANGLIA AMICVM CERTAMEN.

Hostibus hostis ego quondã pugnãtib⁹ Anglis
Pugnavi, inq; truces trux fera tela tuli:
Oppositiq; odiis odia infesta: ignibus ignes:
Arma armis, factis & fera facta feris.
Atque tuli, & retuli belli damna omnia; prædæ
Actæ, versæ arces, oppida, stratæ acies.
Jam vastos posuere animos: sequor; ipsaque vastos
Pono animos: ponunt prælia; pono & ego.
Armaque depono dextra, atque atrocia lingua,
Cumque armis, armis deteriora odia:
Quin prior officiis certo, amplexorque sororem;
Et prior in verum fœdus amore voco.
Communisque patris, patriæ communis honorem:
Hæc mihi sint, hæc sint maxima vota tibi.
Ergo agito; & vel me dulci hoc certamine vince:
Vel vincam longe teque tuosque, Soror.
Hoc mihi certamen superest; certare sorores
Sic fas, sic vinci & vincere, dulce mihi.

SCOTORUM LAETITIA ET VOTUM.

REX IACOBUS (*Io! læti nunc læta canamus*
Sæcula Iopæan!) *Rex* IACOBUS *adest:*
Post octo septemq; pigri fastidia Jani
Exoptatus, Io!, Rex IACOBUS *adest.*
Rex lux lucis adest, spes vitæ; spargite flores,
Spargite SCOTIADES. *Vester alumnus adest.*
Quin pater almus adest tarpeio fulmine raptus
Et salvus vobis redditus. Euge redit!
Hunc DEVS *insidiis rapuit; rapuitq; periclis:*
Hinc foris, hincq; domi surpuit. Euge Deus!
Da præsente bono lætari: daque futuro:
Da vita longa: da meliore frui.
Da lucere novo; da sero sydere. sero
Da splendere polo: da micuisse solo.

AD MUSAS DUNGLASIDES APOSTROPHE Παραινετικη.

NVnc hilares, *si quando pios cecinistis amores,*
Pangite Dunglasides nablia, plectra, lyras
Vester amor sacros dignatur reddere vultus
Quos abiens olim tristibus eripuit.
Non Phœbe *pura facie formosior illo*
Cum liquida fratris lampade nocte micat.
Non Phœbus *liquido fulgens cum splendet Olympo*
Diffundens radiis lumina læta suis.
Ergo alacres latè pia carmina fundite. Lustrat
Lumine vestra suo limina vester amor.
Vos abiens tristes liquit: lætasque revisit.
Pangite Dunglasides *nablia, plectra, lyras.*

ALEXANDER HUMIUS.

REGIA MAIESTAS



THE KINGS MAIESTIE CAME TO SEA-TOWNE THE XV. DAY OF MAY,

Where hee was preſented with theſe Poëmes following.

SCOTIÆ ADREGEM SUUM FELICITER REDEUNTEM fauſta acclamatio.

DEDICATORIUM.

Parva, *Monarcha*, fero: quantus ſed ſi unde profecta
Cultus, tanta putas, MAXIME, magna fero.

ANGLIA *parce, tuis ſi lætis* SCOTIA *rebus*
Invidet; alterius non ullius æmula gentis
Fortunæ, contenta ſuâ: ſic cedere voto
Cuncta tibi ſoli, tetrico videt anxia vultu;
Vultus quæ DOMINI *communis dura negaſti*
Optatos, placidoque frui non hactenus ore
Paſſa es. Nempe tuas poſtquam Regnator ad oras
Venit, & imperio junxit nova ſceptra paterno,
Non ſedem mutare datum, non inde relicti
Viſere rura ſoli: tu gaudia noſtra tot annos,
Delicias, plauſuſque omnes, ſolamen, amores
Sola rapis, tu ſola PATREM, *cum* Conjuge, Natum
Sæva tenes; unamque penes te tota Britannæ
Spes reſidet gentis, decus, & fiducia: verùm
Sic te talis Heri captam dulcedine, nunquam
Mirer, at invideo Domini *præſentia ſemper*
Ora tibi, ſacroſque aditus, vultuſque verendos.

(*Talia nempe querens, abſentem* SCOTIA *luxit,*
Res tanti caruiſſe fuit, quem ſedula cunis
Fovit, & ad multos naſcentem ſuſtulit annos)
Sis opibus felix, fulvo fœcunda metallo;
Indicus aurifero currat tibi gurgite Ganges,
Heſperiuſque Tagus, Pactolus, Lydus, & Hermus,
Si quis & aurata eſt deſpumans alter arena
Nobilis amnis aquas: ſis gazis, viribus impar,
Non (*ait*) *invideo; potius ſucceſſibus iſtis*
Læter vicinas ſupra caput altius omnes
Tollere te gentes, mea ſi ſolatia reddas.
Heu quando lux illa polo gratiſſima ſurget?
Quando illo præſente fruar, quem luſa tot annos
Expecto fruſtra nimiùm mea vota morantem?
Fortè ſed ô noſtras, REX *invictiſſime, ſedes*
Temnis, & inviſæ natalis pœnitet oræ;
Nec luctu, lachrimiſque meis, precibuſque, benignus
Flecteris, & nullis poteris manſueſcere votis:
Sed ſtat acerba nimis firma hæc ſententia mente,
Poſthabitis noſtris, ſociis conſiſtere terris?
Splendida ſicque tibi molli placet Anglia *luxu,*
Deliciis, opibuſque ſuis, ſordeſcat ut ultro
Scotia, *proh alias habitata adamataque tellus!*
Non hæc pacta tamen, non hæc promiſſa, parares
Cùm ſocii, noſtris excedere finibus, Hæres
Regni, & triſte vale linquendæ abiturus amanti
Proferres Patriæ: his noſtrum lenire dolorem
Te memini, æterno fixum ſub pectore ſervans.
Cùm mea jam populi veniant ſub jura remoti,
(*Aſpirante* DEO, *nec enim ſine* Numine *nobis*
Talia contingunt, ejus qui temperat orbem)
Adque alios nos fata vocent promiſſa penates:
En molimur iter, nec enim conſidere fas eſt
Porro diu, & celeri longè tua limina curſu
Scotia, *linquentes,* Anglas *meditamur ad oras.*
Ne rogo ſors mentes tamen hæc mutata tuorum,
(*O nimium gens cara mihi, gens fidaque ſemper*)
Perturbet, violetque gravi pia pectora luctu,
Non, ſi cauſa placet, nunc eveniſſe dolendum
Ante quod optares contingere, quam foret ipſum.

Sic

Sic ſuadent meliora: tamen non immemor vnquam
Veſtri, ſuſceptam ponam de pectore curam.
Teſtis erit, vos quáque ſemel trieteride demum
Inviſam (ſi vita manet, ſi fata valentem
Servent) inque iſtis ſiſtar non impiger oris.
His mihi tentabas tum curam demere dictis,
Crevit at inde magis poſtquam non tempora vidi
Reſpondere tuis intercedentia pactis.
Bis binas binis junctis trieteridas annis
Explevit Titan, *ex quo digreſſus ab iſtis*
Finibus, Anglorum *in terris ſine fine moraris:*
Nec piget, infandis ſed ſaucia pectora curis
Deſtituis, triſteſque mora fruſtraris amantes.
Aut deſpecta, tui patior faſtidia vultus
Torva, vel in rapidos abierunt irrita ventos
Fœdera, promiſſi ſubeuntque oblivia pacti;
Aut aliquis teneros languor gravis occupat artus.
(*Peſſima ſemper amor metuit*, malus augur in arctis
Rebus amor, *ſemperque timet qui diligit omnis,*
Quodque cupit, cupit ante oculos atque ora tenere)
Quamvis iſta tuis haud quadrant moribus, ingens
Quæ ſecum ſic verſat amor: non mitior vllus.
Deſpicis haudquenquam, niſi dignum ſponte relinqui;
Nec tibi ſincero ſimulata in pectore mens eſt,
Aut animi ſenſis ſermo contrarius oris:
Sed ſtabili ſtant pacta fide; non ludis inani
Promiſſo quenquam, ſua ſed ſunt pondera verbis
Indubitata tuis, nec eges ſponſore timendus.
Quinetiam noſtras ſi vera allabitur aures
Fama, vales, valeaſque diu benè, Numina *poſco.*
Aut venies mox ergo, lares patrioſque reviſes
Ocyus, aut certè ſuberit juſtiſſima tantæ
Cauſa moræ, graviumque ſinent non pondera rerum.
Ergo ſi precibus locus eſt, ſupereſtque popelli
Si quæ cura tui, nec adhuc DEVS *obſtruit aures,*
Aſpice nos, hoc tantùm, & ſi pietate meremur,
Rumpe moras, nobiſque ſtatim non ſegniter adſis,
Antiquaſque domos, veteriſque Palatia Regni
Viſe redux, lætoque tuos mox reſpice vultu.
Per lachrimas noſtras, per qui genuere parentes,

Per patriam, Genium, per vincla jugalia, perque
Pignora cara, mage est per si quid dulce, rogamus,
Ne te in venturas differ porro amplius horas.
Perge, celerque veni, nec te jam subtrahe genti,
Quæ stetit imperio semper, semperque manebit
Fida tuo, nulloque unquam mutabilis ævo.
Hæc inter, subitò gratus mihi nuncius adfert
Adventare brevi, jam jamque ad limina regni
Te Patrii penetrare tui; non insuper oras
Exprobratum iri nobis te temnere SCOTAS.
Dumque rogo dubitans velit ut mihi vera fateri,
Per sacra verba fidem meruit juratus: at inde
Rumor it, & circum latè loca cuncta pererrat
Fama volans, varioque ingens est orta tumultu
Lætitia; ad cœlum magno certamine clamor
Tollitur, & totus resonat clangoribus æther.
Vndique collecti concurrunt agmine denso,
Læti omnes redituque tuo, & te sospite læti:
E pagis, villisque ruunt, urbesque relinquunt
Patricii, proceres, quorumque ab origine clarum
Nobilitate genus, tum mista absque ordine plebes,
Lætitiâ violante modum, matresque, virique,
Atque senes, juvenesque, vias & compita cursu
Confuso complent, avidi contingere dextram
REGIS, *Herique sui: veniamque ab amore merentur.*
Quaque venis per rura, favens turba obvia passim
Advolat, & varios capiunt in pectore motus.
Prospiciunt venientem avidè, plausuque propinquum
Poplite submisso excipiunt, cupidisque sequuntur
Prætereuntem oculis, presso & vestigia gressu
Observant, comitesque tuis se passibus addunt.
Dum possunt, spectare juvat, nequeuntque tuendo
Expleri; crescitque tuo prior ardor ab ore.
Cùm verò EDINO *properans successeris urbi,*
Scotigenis quæ prima alias supereminet omnes;
Tunc nullus non ordo hominum, non sexus, & ætas
Te reducem spectare volet, quin omnia plena
Agminibus, cuneisque virûm, qua splendidus ibis,
Cernere erit; non ima soli, non alta domorum
Culmina, non ullæ sine spectatore fenestræ.

O quæ

O quæ tunc lætas pertentent gaudia mentes!
O quantus ritidum se tollat ad æthera clamor,
Salve magne PATER Patriæ, Dîs proxime Princeps,
Expectate venis; nobis te Numina *servent*
Sancta diu, & multos faciant superesse per annos!
Et festi insolitis ô quàm fulgoribus ignes
Vrbe crpent totâ, volitentque incendia passim;
Flamma ut candentis Phœbi *Vulcania lucem*
Vincat! & ô quantas deturbent ænea ab alto
Sulphureas tremulo massas tormenta fragore: ut
Tecta tremant, pavidique queant non stare tumultu
Cornipedes, subitamque poli quoque pene ruinam
Formident! sævo velut ut cum fulmine mundum
Concutit iratus, tremebundaque murmura miscet
Jupiter, *& cœlum ac terras terroribus implet.*
Non mihi Pierides *si* Helicon *quêis diffluit undas,*
Indulgere velint, non, hæc si præside dictem
Phœmonoe, *Heroo cecinit quæ carmine vates*
Prima, nec & totus veniat sub pectora Phœbus,
Ista Caledoniam *quantùm spectacula gentem*
Exhilarent, quantosque dies gratissima plausus
Excitet ista, queam dignè satis vsq; referre.
Haud secus ac genitor cum longo errore viarum
Scrutatur terras vario sub sole remotas,
Multa diu natos redeuntis avara parentis
Spes tenet, & cupidos trahit expectatio votis
Anxia solicitis: trepidat formidine conjunx
Sola relicta toro, cunctosque alicunde reversos
Inquirit solers, cum nunc rumore sinistro
Naufragus in mediis effusus creditur vndis,
Nunc superesse neci, & vesci vitalibus auris.
Spemque metumque inter dubiis redit ille: volantque
Adversum nati, & genibus clamore volutant.
Accurrens collo circundare brachia conjunx
Exanimata cadit, voxq; intercepta salutem
Lætitiâ negat. Ecce tuis sic talia passis
Desunt verba, tamen testantur gaudia vultus.
Aut quales dulci cùm nido sedula mater,
Maturâ jam luce die, tenebrisque fugatis,
Ales abit, Cererisq; errans circum volat arva,

Dum ſero, Heſperias Phœbo *labente ſub undas*
Paſta redit, pleno & miſeris fert pabula roſtro:
Jejuni aſſiliunt pulli, luduntque reverſæ
Quaſſantes teneras repetito verbere pennas;
Ac ſe certatim læto conamine trudunt
Qui primus matris redeuntis pignus amoris
Ore ferat, reducique hilares ſua colla ſubaptant,
Grataque compoſitis delibant oſcula roſtris.
Excipit haud alio reducem te Scotia *plauſu.*
Præcipuèque hæc illa tibi ſæpe hoſpita quondam
SETONIDÛM *generoſa domus, majoribus orta*
Ipſa tuis; priſco Regum de ſanguine ducta
BRUSIADÛM: *gens cara tibi, tibi fida, tuiſque*
Semper Avis; virtute, & honoribus ardua celſis.
Stemmate clara nitens inter tot fulgida regni
Lumina Nobilium: in ſummo tibi munere ſanctam
Perſolvens ſincera fidem, moderamine rerum.
Olim tempus erat, propior cum tecta ſubires
Iſta frequens; Londino *iſthic licet advena tandem*
Poſt tria luſtra ſemel nunc hiſce penatibus adſis:
Rarus ades, ſed ades longè optatiſſimus hoſpes.
Ac meritò ſic tota fremit te Scotia *viſu*
Lætitiâ: præter nam quòd ſub luminis auras
Prodieris primùm hic, & lucem videris infans,
Et tua felicem hanc faciant cunabula gentem;
Non cuiquam meliore regi, non contigit ulli
Imperiumque pati felicius. Ecquis in orbe eſt,
Tecum qui quovis valeat contendere? nullus
Moribus, ingenio, virtuteque, ſtemmate, sceptro,
Par fuit, aut fuerit, potis eſt aut eſſe ſecundus.
A genere & Proavis quæras encomia? longo
Continuoque tibi veniunt diademata filo.
Innumeros tibi ponet avos FERGUSIUS *auctor*
Stemmatis; imperio quorum jam SCOTIA *paret*
Luſtra quater centum: hos ſequeris non ordine rupto.
Tu cui jam titulis cenſeri & ſanguine prodeſt
Majorum, tua num tot pictos atria vultus
Perpetuâ oſtendent ſerie? ſic ſemper avita
Sceptra nepos poſt ſe venturo tradidit, ut ſis
Ordine poſt tot avos, Hæres, & ſæcula, Regni, et

Linea

Linea ſit fatis nunquam interrupta, nec armis?
Stemmate victor abis. valeant ſed ſtemmata, ſceptris
Certatur? nec & his venit æquiparabilis vllus
Magne JACOBE *tibi: tibi ſumma potentia ceſſit*
Et maris, & terræ, ſoluſque Tridentifer vndas
Jmperio nutuque quatis, velut alter in orbe
Neptunus, *ſolóq; minor* JOVE, *celſior omni,*
Qui leges, moresq; viris, qui mœnia ponit,
Qua patet, eſt quicquid poſitum ſub limine vaſti
Orbis, Agenorea *impoſuit cui filia nomen.*
Non tu vulgari Heroum de ſorte pudendus
Regulus, & ſine re, ſoloq; es nomine Princeps:
Pulchra corona triplex tibi cingit gemmea crinem,
Et ditione tenes tria Regna potentia, quorum
Efficiant magnos ſeorſim vel ſingula Reges.
Vnica, Romani *potuit quæ ſiſtere curſum*
Imperii, belloque potens, & neſcia vinci,
Felicem, gens SCOTA, *tuis ſe ducit habenis.*
Armis quæ Gallos *domuit, quæ fudit* Iberos,
Subdita ſubque tuis tibi legibus, ANGLIA, *ſervit:*
Quæque proterua jugum Dominæ *deflexerat olim,*
Jnclyta mirandis tibi paret HIBERNIA *rebus.*
Parva ſed iſta tuas inter, REX maxime, *laudes:*
Sunt majora domi, quàm quæ tibi maxima quærit
Sic fortuna foris; puris virtutibus alta
Mens inſtructa, pium Cor, doctum Palladis *artes*
Pectus, & ingenium ſolers, reverentia morum.
Delius *ex æquo velut eſt ad vtrumque paratus,*
Sive movere Lyram, ſive Arcum tendere nervo:
Sic tibi ſunt docti, ſimul & ſunt Principis artes,
Cum Jove *ſuntque tuo conjunctæ pectore* Muſæ.
Non ſimulata cano: ſiquidem monumenta loquuntur
Jngenii fœtura tui, quibus aurea tangis
Sidera, & æthereas famâ petis arduus arces.
Sive libet molli fluitantia nectere verſu
Verba, modis citharæ tua carmina Cynthius *aptat:*
Dicere ſi mavis numeris, ſine lege, ſolutis,
Verbaque non clauſo, ſed ſparſo pingere flore,
Eloquium ſtupet ipſe tui Cyllenius *oris.*
Prædita cùm tantis tua ſit mens dotibus; haud es

Supremæ virtutis egens, pietatis at extas
Omnibus exemplar venturo Regibus *ævo.*
Tu populo pietate præis (â Principe vulgus
Pendet, & officio, exemplo quam lege tenetur
Sæpe magis) veramque fidem, populoque sequendam
Constans ipse tenes: hinc per tua Regna quietus
Numinis est cultus, non vi, non carcere, flammis
Obtrusus, placidoque tuos per cuncta tenore
Allicis, & duci faciles tua vota sequuntur.
Quo me Musa *rapit? prolixo en pagina versu*
Decurrit, reduci paucis tibi jussa salutem
Mittere, furtiuo verùm in præconia lapsu
Incautum tua rara trahit, mirandaque virtus.
At quanquam externæ est virtus non indiga laudis
Dive *tua, â se clara satis (sonat omnis vbique*
Nomine terra tuo, & famam vaga gloria cœlo
Terminat, immensumque ingens accedit Olympum)
Sicut Alexandrum *tabulis tamen unus* Apelles
Pingere, nec præter Lysippum *fingere quisquam*
Ære ausus: solo sic sunt tua facta Maronis
Digna, vel Argiui *celebrari carmine vatis.*
Nostra manus sed enim est rudis, atq; indocta referre
Ora per expressos, genuinaque membra, colores,
Ducere vel sculpto spirantes ære figuras.
De tabulâ ergo manum præstat, quàm crimine fœdo
Materiam turpare, nequit quàm ritè polire.
Estque tuas satius per muta silentia laudes
Intactas transire, humili quàm grandia socco
Reddere, sublimi quæ sunt referenda cothurno.

Auctore JOANNE GELLIO à Gelliſtoun.
Philosoph. & Med. D.

FORTH FEASTING.

A PANEGYRICKE To the King.

Flumina ſenſerunt ipſa.

To his ſacred Majeſtie.

IF, in this Storme of joy and pompous Throng,
This *Nymphe* (great KING) come euer Thee ſo neare
That Thy harmonious Eares Her Accents heare,
Giue Pardon to Her hoarſe and lowlie Song:
Faine would Shee Trophees to Thy *Vertues* reare,
But for this ſtatlie Task Shee is not Strong,
And Her Defects Her high Attempts doe wrong,
Yet as Shee could ſhee makes Thy *VVorth* appeare.
So in a Mappe is ſhowen this *flowrie Place;*
So wrought in Arras by a Virgines Hand
With Heauen and blazing Starres doth *Atlas* ſtand,
So drawen by Chare-coale is *Narciſſus* Face:
Shee maye *Aurora* be to ſome bright *Sunne*
Which maye perfect the *Day* by Her begunne.

Jacobus I.mus D.G. Mag: Brit: Fra: et Hib: Rex

A Van Dyke Eques Pinx: ab Originali minuta fact: per Fra: Hilyard A.o D.i 1617.

I. Smith fec et ex

TO THE KINGS MAJESTIE

FORTH FEASTING.

A PANEGYRICKE To the King.

VVHat blustring Noise now interrupts my Sleepe?
VVhat echoing Shouts thus cleaue my chrystal Deep?
And call mee hence from out my watrie Court?
VVhat Melodie, what Sounds of Joy and Sport,
Bee these heere hurl'd from eu'rie neighbour Spring?
VVith what lowd Rumours doe the Mountaines ring?
VVhich in vnusuall Pompe on tip-toes stand,
And (full of VVonder) ouer-looke the Land?
VVhence come these glittring Throngs, these Meteors bright,
This golden People set vnto my Sight?
VVhence doth this Praise, Applause, and Loue, arise?
VVhat Load-starre east-ward draweth thus all Eyes?
Am I awake? or haue some Dreames conspir'd
To mocke my Sense with Shadowes much desir'd?
Stare I that liuing Face, see I those Lookes,
VVhich with Delight wont to amaze my Brookes?
Doe I behold that VVorth, that Man diuine,
This Ages Glorie, by these Bankes of mine?
Then is it true what long I wish'd in vaine?
That my much-louing PRINCE *is come againe?*
So vnto Them whose Zenith *is the Pole,*
VVhen sixe blacke Months are past, the Sunne doeth rolle:
So after Tempest to Sea-tossed VVights
Faire Helens *Brothers show their chearing Lights:*
So comes Arabias *Meruaile from her VVoods,*
And farre farre off is seene by Memphis *Floods,*

The feather'd Syluans *Clowd-like by her flie,*
And with applauding Clangors beate the Skie,
Nyle *wonders,* Seraps *Priests (entranced) raue,*
And in Mygdonian *Stone her Shape ingraue;*
In lasting Cedars marke the joyfull Time
In which Apollos *Bird came to their Clime.*
Let Mother Earth now deckt with Flowres bee seene,
And sweet-breath'd Zephyres *curle the Medowes greene:*
Let Heauens weepe Rubies in a crimsin Showre,
Such as on Indies *Shores they vse to powre:*
Or with that golden Storme the Fields adorne,
Which Ioue *rain'd, when his* Blew-eyed Maide *was borne.*
May neuer Houres the Webbe of Day out-weaue,
May neuer Night rise from her sable Caue.
Swell prowd my Billowes, faint not to declare
Your Joyes, as ample as their Causes are:
For Murmures hoarse sound like Arions *Harpe,*
Now delicatlie flat, now sweetlie sharpe.
And you my Nymphes, *rise from your moyst Repaire,*
Strow all your Springs and Grotts with Lillies faire:
Some swiftest-footted get her hence and pray
Our Floods and Lakes, come keepe this Holie-day;
What e're beneath Albanias *Hills doe runne,*
Which see the rising or the setting Sunne,
Which drinke sterne Grampius *Mists, or* Ochells *Snows:*
Stone-rowling Taye, Tine *Tortoyse-like that flows,*
The pearlie Don, *the* Deas, *the fertile* Spay,
Wild Neverne *which doth see our longest Day,*
Nesse *smoaking-Sulphure,* Leaue *with Mountaines crown'd,*
Strange Loumond *for his floting Isles renown'd:*
The irish Rian, Ken, *the silver* Aire,
The snakie Dun, *the* Ore *with rushie Haire,*
The Chrystall-streaming Nid, *lowd-bellowing* Clyd,
Tweed *which no more our Kingdomes shall deuide:*
Rancke-swelling Annan, Lid *with curled Streames,*
The Eskes, *the* Solway *where they loose their Names,*
To eu'rie one proclaime our Joyes, and Feasts,
Our Triumphes; bid all come, and bee our Guests:
And as they meet in Neptunes *azure Hall,*
Bid Them bid Sea-Gods keepe this Festiuall.

This Day shall by our Currents bee renown'd,
Our Hills about shall ſtill this Day reſound:
Nay, that our Loue more to this Day appeare,
Let vs with it hence foorh begin our Yeare.
To Virgins Flowres, to Sunne-burnt Earth the Raine,
To Mariners faire Winds amidſt the Maine:
Coole Shades to Pilgrimes, which hote Glances burne,
Pleaſe not ſo much, to vs as Thy Returne.
That Day (deare PRINCE) which reft vs of thy Sight,
[Day, no, but Darkneſſe, and a duskie Night]
Did fraight our Breſts with Sighs, our Eyes with Teares,
Turn'd Minutes in ſad Months, ſad Months in Yeares:
Trees left to flowrish, Medowes to beare Flowres,
Brookes hid their Heads within their ſedgie Bowres,
Faire Ceres curſt our Fields with barren Froſt,
As if againe shee had her Daughter loſt:
The Muſes left our Groues, and for ſweete Songs
Sate ſadlie ſilent, or did weepe their Wrongs;
Yee know it Meads, yee murmuring Woods it know,
Hilles, Dales, and Caues, Copartners of their Woe;
And yee it know my Streames, which from their Eine
Oft on your Glaſſe receiu'd their pearled Brine;
O Naïds deare (ſaid They) Napęas faire,
O Nymphes of Trees, Nymphes which on Hills repaire,
Gone are thoſe maiden Glories, gone that State,
Which made all Eyes admire our Hap of late.
As lookes the Heauen when neuer Starre appeares,
But ſlow and wearie shroude them in their Spheares,
While Tithons wife emboſom'd by Him lies,
And World doth languish in a drearie Guiſe:
As lookes a Garden of its Beautie ſpoil'd,
As Wood in Winter by rough Boreas foil'd;
As Pourtraicts raz'd of Colours vſe to bee:
So lookt theſe abject Bounds depriu'd of Thee.
While as my Rills enjoy'd Thy royall Gleames,
They did not envie Tibers haughtie Streames,
Nor wealthie Tagus with his golden Ore,
Nor cleare Hydaſpes which on Pearles doth rore,
Empampred Gange that ſees the Sunne new borne,
Nor Acheloüs with his flowrie Horne,

Nor Floods which neare Elysian *Fields doe fall:*
For why? Thy Sight did serue to them for all.
No Place there is so desart, so alone,
Euen from the frozen to the torrid Zone,
From flaming Hecla *to great* Quincys *Lake,*
Which Thine abode could not most happie make.
All those Perfections which by bounteous Heauen
To diuerse Worlds in diuerse Times were giuen,
The starrie Senate powr'd at once on Thee,
That Thou Examplare mightst to Others bee.
Thy Life was kept till the three Sisters *spunne*
Their Threedes of Gold, and then it was begunne.
With curled Clowds when Skies doe looke most faire,
And no disordred Blasts disturbe the Aire,
When Lillies doe them decke in azure Gownes;
And new-borne Roses blush with golden Crownes;
To bode, how calme wee vnder Thee should liue,
What Halcyonean *Dayes Thy Reigne should giue,*
And to two flowrie Diademes Thy right;
The Heauens Thee made a Partner of the Light.
Scarce wast Thou borne, when joyn'd in friendly Bands
Two mortall Foes with other clasped Hands,
With Vertue Fortune *stroue, which most should grace*
Thy Place for Thee, Thee for so high a Place,
One vow'd thy sacred Brest not to forsake,
The Other on Thee not to turne her Backe,
And that Thou more her loues Effects mightst feele
For Thee shee rent her Sayle, and broke her Wheele.
When Yeeres Thee vigour gaue, O then how cleare
Did smoothred Sparkles in bright Flames appeare!
Amongst the Woods to force a flying Hart,
To pearce the mountaine-Wolfe with feathred Dart,
See Faulcons climbe the Clowds, the Foxe ensnare,
Out-runne the winde-out-running dædale *Hare,*
To loose a trampling Steede alongst a Plaine,
And in meandring Gyres him bring againe,
The Preasse Thee making place, were vulgare Things;
In Admirations *Aire on* Glories *Wings*
O! Thou farre from the common Pitch didst rise,
With Thy designes to dazell Enuies *Eyes:*

Thou

Thou ſought'ſt to know, this Alls eternall Source,
Of euer-turning Heauens the reſtleſſe Courſe,
Their fixed Eyes, their Lights which wandring runne,
Whence Moone her Siluer hath, his Gold the Sunne,
If Deſtine bee or no, if Planets can
By fierce Aſpects force the Free-will of Man:
The light and ſpiring Fire, the liquid Aire,
The flaming Dragons, Comets with red Haire,
Heauens tilting Launces, Artillerie, and Bow,
Lowd-ſounding Trumpets, Darts of Haile and Snow,
The roaring Element with People dombe,
The Earth with what conceiu'd is in her Wombe,
What on Her moues, were ſet vnto Thy Sight,
Till Thou did'ſt find their Cauſes, Eſſence, Might:
But vnto nought Thou ſo Thy Mind did'ſt ſtraine
As to bee read in Man, and learne to raigne;
To know the Weight, and Atlas of a Crowne,
To ſpare the Humble, Prowdlings peſter downe.
When from thoſe pearcing Cares which Thrones inveſt,
As Thornes the Roſe, Thou weari'd would'ſt Thee reſt,
With Lute in Hand, full of cœleſtiall Fire,
To the Pierian Groues Thou did'ſt retire:
There, garlanded with all Uranias Flowres,
In ſweeter Layes than builded Thebees Towres,
Or them which charm'd the Dolphines in the Maine,
Or which did call Euridicè againe,
Thou ſung'ſt away the Houres, till from their Spheare
Starres ſeem'd to shoote, Thy Melodie to heare.
The God with golden Haire, the Sister Maides,
Left, nymphall Helicon, their Tempès Shades,
To ſee Thine Ile, heere loſt their natiue Tongue,
And in Thy world-divided Language ſung.
Who of Thine After-age can count the Deedes,
With all that Fame in Times hudge Annales reedes,
How by Example more than anie Law,
This People fierce Thou did'ſt to Goodneſſe draw;
How while the Neighbour Worlds (tows'd by the Fates)
So manie Phaëtons had in their States,
Which turn'd in heedleſſe Flames their burniſh'd Thrones,
Thou (as enſphear'd) kepd'ſt temperate Thy Zones;

In Africke *Shores the Sands that ebbe and flow,*
The shadie Leaues on Ardennes *Trees that grow,*
Hee ſure may count, with all the Waues that meet
To wash the Mauritanian Atlas *feet.*
Though crown'd thou wert not, nor a King by Birth,
Thy Worth deſerues the richeſt Crowne on Earth.
Search this Halfe-*Spheare and the oppoſite Ground,*
Where is ſuch Wit and Bountie to bee found?
As into ſilent Night, when neare the Beare
The Virgine Huntreſſe *shines at full moſt cleare,*
And ſtriues to match her Brothers golden Light,
The Hoaſt of Starres doth vanish in her Sght,
Arcturus *dies, cool'd is the* Lyons *ire,*
Po *burnes no more with* Phaëtontall *Fire,*
Orion *faints to ſee his Armes grow blacke,*
And that his flamming Sword *hee now doth lacke:*
So Europes *Lights, all bright in their Degree,*
Looſe all their Luſtre paragond with Thee.
By juſt Diſcent Thou from moe Kings doſt shine,
Then manie can name Men in all their Line:
What moſt They toyle to find, and finding hold
Thou skorneſt, orient Gemmes, *and flattring* Gold:
Eſteeming Treaſure ſurer in Mens Breſts,
Than when immur'd with Marble, closd in Cheſts;
No ſtormie Paſsions doe diſturbe thy Mind,
No Miſts of greatneſſe euer could Thee blind:
Who yet hath beene ſo meeke? Thou life didſt giue
To Them who did repine to ſee Thee liue;
What Prince by Goodneſſe hath ſuch Kingdomes gain'd?
Who hath ſo long his Peoples Peace maintain'd?
Their Swords are turn'd in Sythes, in Culters Speares,
Some giant Poſt their anticke Armour beares:
Now, where the wounded Knight his Life did bleed,
The wanton Swaine ſits piping on a Reed.
And where the Canon did Joves *Thunder skorne,*
The gawdie Huntſ-man windes his shrill-tun'd Horne:
Her greene Lockes Ceres *void of feare doth die,*
The Pilgrime ſafelie in the Shade *doth lie,*
Both Pan *and* Pales (*careleſſe*) *keepe their Flockes,*
Seas haue no Dangers ſaue the Winds *and Rockes:*

Thou

Thou art this Iſles Palladium, *neither can*
[*While Thou art kept*] *it bee o're-throwne by Man.*
Let Others boaſt of Blood and Spoyles of Foes,
Fierce Rapines, Murders, Iliads *of Woes,*
Of hated Pompe, and Trophæes reared faire,
Gore-ſpangled Enſignes ſtreaming in the Aire,
Count how They make The Scythian *them adore,*
The Gaditan *the Souldiour of* Aurore,
Vnhappie Vauntrie! to enlarge their Bounds,
VVhich charge themſelues with Cares, their Friends with
Which haue no Law to their ambitious Will, (*Wounds,*
But (*Man-plagues*) *borne are humane Blood to ſpill:*
Thou a true Victor art, ſent from aboue
What Others ſtraine by Force to gaine by Loue,
World-wandring Fame *this Prayſe to Thee imparts,*
To bee the onlie Monarch of all Hearts.
They many feare who are of many fear'd,
And Kingdomes got by Wrongs by Wrongs are tear'd,
Such Thrones as Blood doth raiſe Blood throweth downe,
No Guard ſo ſure as Loue vnto a Crowne.
Eye of our weſterne World, Mars-*daunting King,*
With whoſe Renowne the Earths ſeuen Climats ring,
Thy Deedes not only claime theſe Diademes,
To which Thame, Liffy, Taye, *ſubject their Streames:*
But to Thy Vertues rare, and Gifts, is due
All that the Planet of the Yeere doth view;
Sure if the World aboue did want a Prince,
The World aboue to it would take thee hence.
That Murder, Rapine, Luſt, are fled to Hell,
And in their Roomes with vs the Graces *dwell,*
That Honour *more than* Riches *Men reſpect,*
That Worthineſſe *than* Gold *doth more effect,*
That Pietie *vnmasked showes her Face,*
That Innocencie *keepes with* Power *her Place,*
That long-exil'd Aſtrea *leaues the Heauen,*
And turneth right her Sword, her Weights *holds euen,*
That the Saturnian World *is come againe,*
Are wish'd Effects of Thy moſt happie Raigne.
That dayly Peace, Loue, Trueth, Delights encreaſe,
And Diſcord, Hate, Fraude, with Incombers ceaſe,

That Men vſe Strength not to shed others Blood,
But vſe their Strength now to doe other Good,
That Furie is enchain'd, diſarmed Wrath,
That (ſaue by Natures Hand) there is no Death,
That late grimme Foes like Brothers other loue,
That Vultures prey not on the harmleſſe Doue,
That Wolues with Lambs doe Friendship entertaine,
Are wish'd Effects of thy moſt happie Raigne.
That Towns encreaſe, That ruin'd Temples riſe,
And their wind-mouing Vanes plant in the Skies,
That Ignorance and Sloth hence runne away,
That buri'd Arts now rowſe them to the Day,
That Hyperiòn farre beyond his Bed
Doth ſee, our Lyons rampe, our Roſes ſpred,
That Iber courtes vs, Tyber not vs charmes;
That Rhein with hence-brought Beams his Boſome war-
That Fuill vs feare, and Good vs doe maintaine, (mes,
Are wish'd Effects of Thy moſt happie Raigne.
O Vertues Patterne, Glorie of our Times,
Sent of paſt Dayes to expiate the Crimes,
Great King, but better farre than thou art greate,
Whome State not honours, but who honours State,
By Wonder borne, by Wonder firſt inſtali'd,
By Wonder after to new Kingdomes cali'd,
Young kept by Wonder neare home-bred Alarmes,
Old ſau'd by Wonder from pale Traitours Harmes,
To bee for this Thy Raigne which Wonders brings,
A King of Wonder, Wonder vnto Kings.
If Pict, Dane, Norman, Thy ſmooth Yoke had ſeene,
Pict, Dane, and Norman had thy Subjects beene:
If Brutus knew the Bliſſe Thy Rule doth giue,
Euen Brutus joye would vnder Thee to liue:
For Thou Thy People doſt ſo dearlie loue,
That they a Father, more than Prince, Thee proue.
O Dayes to bee deſyr'd! Age happie thrice!
If yee your Heauen-ſent-Good could duelie prize,
But yee (halfe-palſie-ſicke) thinke neuer right
Of what yee hold, till it bee from your Sight,
Prize onlie Summers ſweet and musked Breath,
When armed Winters threaten you with Death,

In pallid Sickneſſe doe eſteeme of Health,
And by ſad Pouertie diſcerne of Wealth:
I ſee ane Age when after manie Yeares,
And Reuolutions of the ſlow-pac'd Spheares,
Theſe Dayes ſhall bee to other farre eſteem'd,
And like Auguſtus *palmie Raigne bee deem'd.*
The Names of Arthur, *fabulous* Palladines,
Grau'n in Times *ſurlie Brows in wrincked Lines,*
Of Henries, Edwards, *famous for their Fights,*
Their Neighbour Conqueſts, Orders new of Knights,
Shall by this Princes Name be paſt as farre
As Meteors are by the Idalian *Starre.*
If Gray-hair'd Proteüs *Songs the Truth not miſſe,*
And Gray-hair'd Proteüs *oft a Prophet is,*
There is a Land hence-diſtant manie Miles,
Out-reaching Fiction and Atlanticke *Iles,*
Which (Homelings) from this litle World wee name,
That ſhall imblazon with ſtrange Rites his Fame,
Shall reare him Statues all of pureſt Gold,
Such as Men gaue vnto the Gods of old,
Name by him Fanes, prowd-Pallaces, and Towns,
With ſome great Flood, which moſt their Fields renowns.
This is that King who ſhould make right each Wrong,
Of whome the Bards *and myſticke* Sybilles *ſong,*
The Man long promis'd, by whoſe glorious Raigne,
This Iſle ſhould yet her ancient Name regaine,
And more of Fortunate *deſerue the Stile,*
Than thoſe where Heauens with double Summers ſmile.
Runne on (great Prince) Thy Courſe in Glories *Way,*
The End the Life, the Euening crownes the Day;
Heape Worth on Worth, and ſtronglie ſoare aboue
Thoſe Heights which made the World Thee firſt to loue,
Surmount Thy Selfe, and make thine Actions paſt
Bee but as Gleames or Lightnings of Thy laſt,
Let them exceed them of Thy younger Time,
As farre as Autumne *doth the flowrie* Prime.
Through this Thy Empire range, like Worlds bright Eye,
That once each Yeare ſurvayes all Earth and Skie,
Now glaunces on the ſlow and reſtie Beares,
Then turnes to drie the weeping Auſters *Teares,*

Juſt vnto both the Poles, and moueth euen
In the infigur'd Circle of the Heauen.
O long long haunt theſe Bounds, which by Thy Sight
Haue now regain'd their former Heate and Light.
Heere grow greene Woods, *heere ſiluer Brookes doe glide,*
Heere Meadowes ſtretch them out with painted Pride,
Embrodring all the Banks, heere Hilles aſpire
To crowne their Heads *with the ætheriall Fire:*
Hills, *Bullwarks of our Freedome, giant* Walls,
Which neuer Fremdlings Slight nor Sword *made* Thralls;
Each circling Flood to Thetis *Tribute payes,*
Men heere (in Health*) out-liue old* Neſtors *Dayes:*
Grimme Saturne *yet amongſt our Rocks remaines,*
Bound in our Caues, with many Mettald Chaines:
Bulls haunt our Shades like Ledas *Louer white,*
Which yet might breede Paſiphaë *Delight,*
Our Flocks faire Fleeces beare, with which for Sport
Endemion *of old the Moone did court,*
High-palmed Harts *amidſt our Forreſts runne,*
And, not impall'd, the deepe-mouth'd Hounds *doe ſhunne;*
The rough-foote Hare him in our Bushes ſhrowds,
And long-wing'd Haulks *doe pearch amidſt our Clowds.*
The wanton Wood-Nymphes *of the verdant Spring,*
Blew, Golden, Purple, Flowres ſhall to Thee *bring,*
Pomonas *Fruits the* Paniskes, Thetis *Gyrles*
Thy Thulys *Amber, with the Ocean Pearles;*
The Tritons, *Heardſ-men of the glaſſie Field,*
Shall giue Thee *what farre-diſtant Shores can yeeld,*
The Serean *Fleeces,* Erythrean *Gemmes,*
Vaſte Platas *Siluer, Gold of* Peru *Streames,*
Antarticke Parrots, AEthiopian *Plumes,*
Sabæan *Odours, Myrrhe, and ſweet Perfumes:*
And I my ſelfe, wrapt in a watchet Gowne,
Of Reedes and Lillies *on mine* Head *a Crowne,*
Shall Incenſe to Thee *burne, greene Altars raiſe,*
And yearly ſing due Pæans *to* Thy *Praiſe.*
Ah why should Iſis *only ſee* Thee shine?
Is not thy FORTH, *as well as* Iſis Thine?
Though Iſis *vaunt* shee *hath more* Wealth *in ſtore,*
Let it ſuffice Thy FORTH *doth loue* Thee *more:*

Though

Though Shee for Beautie may compare with Seine,
*For Swannes and Sea-*Nymphes *with imperiall* Rhene,
Yet in the Title may bee claim'd in Thee,
Nor Shee, nor all the VVorld, can match with mee.
Now when (by Honour *drawne) thou shalt away*
To Her alreadie jelous of thy Stay,
When in Her amourous Armes Shee doth Thee fold,
And dries Thy Dewie Haires with Hers of Gold,
Much questioning of Thy Fare, much of Thy Sport,
Much of Thine Absence, Long, how e're so short,
And chides (perhaps) Thy Comming to the North,
Loathe not to thinke on Thy much-louing FORTH:
O loue these Bounds, *where of Thy royall Stemme*
More then an hundreth wore a Diademe.
So euer Gold and Bayes Thy Browes adorne,
So neuer Time may see thy Race out-worne,
So of Thine Owne still mayst Thou bee desir'd,
Of Strangers fear'd, redoubted, and admir'd;
So MEMORIE *the Praise, so precious* Houres
May character Thy Name in starrie Flowres;
So may Thy high Exployts at last make euen,
With Earth thy Empyre, Glorie with the Heauen.

This Poëme was presented
by
WILLIAM DRUMMOND
of
Hawthorne-denne.

THE KINGS MAJESTIE MADE HIS ENTRIE INTO EDINBVRGH

AT THE WEST PORT THE XVI DAY OF MAY.

Where was deliuered in name of the Towne by Mr. IOHNE HAY their Clerk deputie, this speach following.

HOW JOYFULL YOVR MAJESTIES returne (gracious and dread SOVERAINE) is to this your M. native Towne, from that Kingdome due to your Sacred person by Royall discent, the countenances and eyes of these your M. loyall Subjects speake for their harts. This is that happie Day of our New birth, ever to bee retained in fresh memorie, with consideration of the goodnesse of th' Almightie GOD, considered with aknowledgement of the same, aknowledged with admiration, admired with love, and loved with joy; wherein our eyes behold the greatest humaine felicitie our harts could wish, which is to feide vpon the Royall countenance of our true *Phœnix*, the brigt Starre of our Northerne Firmament, the Ornament of our Age, wherein wee are refreshed, yea revived with the heat and bright Beames of our Sunne (the powerfull Adamant of our Wealth) by whose removing from our Hemisphære, we were darkned, deepe sorrow and feare possessing our harts (without envying of your M. happines and felicitie) our places of solace euer giving a newe heat to the fever of the languishing remembrance of our happinesse: The verie Hilles and Groves, accustomed of before to be refreshed with the dewe of your M. presence, not putting on their wounted Apparrell; but with pale lookes representing their miserie for the departure of their Royal King.

I most humblie begge pardon of your Sacred Majestie, who most vnworthie and vngarnished by Arte or Nature, with Rhetoricall coloures haue presumed to deliver to your sacred M, formed by Nature, and framed by education, to the perfection of all eloquence; the publike message of your M. loyall subjectes

heere conveened: Upon the verie knees of mine hart beſeeching your ſacred M. that mine obedience to my Superiors command may bee a ſacrifice acceptable to expiate my preſumption: your M. wounted clemencie may give ſtrength and vigour to my diſtruſtfull ſpirites, in gracious acceptance of that which ſhall bee delivered, and pardoning myne eſcapes.

Receiue then, dread Soveraine, from your M. faithfull and loyall Subjectes, the Magiſtrats and Citizens of your H. good Towne of *Edinburgh*, ſuch welcome, as is due from theſe, who with thankfull harts doe acknowledge the infinite bleſſinges plenteoſlie flowing to them from the paradiſe of your M. vnſpotted goodnes and Vertue, wiſhing your M. eyes might pearce into their veriehartes there to behold the exceſſiue joye inwardlie conceived of the firſt meſſinger of your M. princelie reſolution viſite this your M. good Towne, increaſſed by your M. conſtancie in proſequuting what was ſo happilie intended, and nowe accompliſhed by your M. fortunate and ſafe returne, which no tongue, howe liberall ſo ever, is able to expreſſe.

Who ſhall conſider with an vnpartiall eye the continuall carefulneſſe your M. hath had over vs from your tender yeeres: the ſetled temper of your M. governament, wherein the nyceſt eye could find no ſpot, your ſelfe as the life of the Countrey, as the father of the people, inſtructing not ſo much by precept, as by example, your M. Court, the mariage place of Wiſedome and Godlineſſe: without impietie hee cannot refuſe to avouch, but as your M. prudencie hath wonne the pryze from all Kings and Emperours which ſtandeth in degrie of compariſon: ſo hath your M. governament beene ſuch, that everie mans eye may bee a meſſinger to his minde, that in your M. ſtandeth the Quint-eſſẽce in ruling skill, of all proſperous & peaceable governament, much wiſhed by our Fore-fathers; but moſt abundantlie, praiſed be GOD, enjoyed by vs, vnder your Sacred Majeſtie.

For if wee ſhall in a view lay before vs the times paſt, even ſince the firſt fundation of this Kingdome, and therein conſider your M. moſt noble progenitoures: they were indeede all Princes renowned for their vertues, not inferior to any Emperoures or Kinges of their time, they mainteined & delivered their Virgine Scepters vnconquered, from age to age, from the inundation of the moſt violent floods of conquering Sworde, which ouer-whelmed the reſt of the whole Earth, & carried the Crowns of all

of all other Kings of this Terreſtrial Globe captives vnto thraldome: But farre ſhort of your Majeſtie, nature having placed in your ſacred perſon alone, what in everie one of them was excellent, the ſenate-houſe of the Planets being, as it wold ſeeme, convened at your M. birth, for decreeing of all perfections in your Royall perſon. The Heavens and Earth witneſſing your Heroicall frame, none influence whatſoever being able to bring the ſame to any higher degree.

If wee ſhall call to minde the tumultuous dayes of your M. more tender yeeres, and therein your M. prudencie, wiſedome, and conſtancie in Uniting the disjoynted members of this Common-wealth, who will not with the Queene of *Sheba* confeſſe hee hath ſeene more wiſedome in your Royall perſon, than report hath brought to forraine eares.

There is not of any eſtate or age within this your M. Kingdome who hath not had particular experience of the ſame, and as it were, ſenſiblie felt the fruites thereof: The fire of civile diſcorde, which as a flãme had devoured vs, was thereby quenched, euerie man poſſeſſed his owne Vineyard in peace, reaping that which hee had ſowne, & enjoying the fruites of his owne labours: Your M. great vigilancie, and Godlie zeale in propagating the Goſpell, defacing the monuments of Idolatrie, baniſhing that Romane and Antichriſtian Hierarchie, and eſtabliſhing of our Church, repairing the ruines thereof, protecting vs from foraine invaſion. The rich trophees of your M. victories, more powerfullie atchieved by your ſacred wiſedome, & deſerved more worthelie by your vertue, than theſe of the *Cæſars*, to much extolled by the ancients; all ages ſhall recorde: and euen our poſteritie ſhall bleſſe the Almightie our GOD, for giving to vs their Forefathers a King in hart vpright as DAVID, wiſe as Salomon, and godlie as Joſias.

And who can better witneſſe your M. Royal favour and beneficence then this your Good Towne of *Edinburgh*, which being founded in the dayes of that worthie King, FERGUS *the firſt*, builder of this Kingdome, and famous for her vnſpotted fidelitie to your M. moſt noble progenitours, was by them enriched with manie Freedomes, Priviledges, and Dignities, which all your M. hath not onlie confirmed, but alſo with acceſſion of many more enlarged, beautifying her alſo with a new erected Colledge, famous for profeſſion of all liberall Sciences: So that ſhee juſtlie

doeth acknowledge your M. as the author and conſerver of her peace, her ſacred Phiſition, who bound vp the woundes of her diſtracted Common-wealth, the onlie *Magnes* of her proſperitie, and the true fountaine from whence, vnder GOD, all her happineſſe and felicitie floweth, and doeth in all humilitie record your M. Royall favours extended towards her at all tymes.

Wee ſhould prooue moſt vngratefull, if wee ſhould paſſe over in ſilence your M. ſacred wiſedome in diſpoſing of the governament of this your M. natiue Kingdome, during your H. abſence, and placing ſuch ſubalterne Magiſtrates & officers of the Crowne, within the ſame, who haue ſhined as cleare Starres in this firmament, keeping ever the preſcript of your M. Royall commands, watching for the good of your H. Subjects, and ſquaring al their actions to your M. frame, as their paterne: and returning al their ſpringes to the ſame fountaine from whence they themſelues receiued influence of vertue: being vigilant in nothing more than in procuring the good and peace of this Church and Common-wealth: To approve their loyaltie to your M. and to knit vs your Highneſſe Subjects in a more firme knot of obedience to your ſacred authoritie.

Neither hath the oceane of your M. vertues contained it ſelfe within the precinct of this Iſle: What eare is ſo barbarous, that hath not heard of the ſame? What forraine Prince is not indebted to your ſacred wiſedome? What reformed Church doeth not bleſſe your M. Birth-day, and is not protected vnder the wings of your M. ſacred authoritie from that Beaſt of *Rome* and his Antichriſtian locuſtes, whoſe walles your M. by the Soveraigne wiſedome wherewith the LORD hath endewed your ſacred perſon hath battred and ſhaken more than did the *Goths* and *Vandales* the old frame of the ſame by their ſworde: Would GOD as your M. hath made happie beginnings in drying vp their *Euphrates*, laying the nakedneſſe of that whoore open to the view of the world, and ruinating of that *Lernæan* Hydra: ſo your M. dayes may be prolonged, to ſee the accompliſhment of the ſame.

All this your M. Royall Store-houſe of vertues, perpetuall vigilancie in managing of the publicke affaires, your prudencie in your actions, your vertue in your life, and your felicitie in all, the LORD hath crowned, not onelie with continuance of your M. peaceable governament ouer vs your natiue Subjects, more yeeres nor anie of your predeceſſours reignes attained vnto: But

alſo

alſo with acceſſion of three great Kingdoms, and made your name famous thorow the whole Earth aboue all the Princes of your time.

And therefore, wee your M. moſt humble Subjects doe in all ſubmiſſion of minds acknowledge your M. not onelie for oure juſt and lawfull Prince; but alſo for the firſt founder of the United Monarchie of this famous Iſle, borne for the good of the ſame: who during the whole time of your M. moſt happie reigne hath ſo in publicke carried your ſelfe towards ws your ſubjects, (as if yee had been private) that no man could lay any imputation to your vnſpotted life: yee neuer more deſiring to bee aboue vs than for vs, nor to bee accounted great than good: joyning euer to power modeſtie and true pietie: And, as for your ſacred vertue your Majeſtie deſerveth to bee Monarch of the world, So for your pietie and vnfained zeale in propagating and mainteining of the Goſpell, doeth of due apperteine to your M. the true titles of the moſt Chriſtian and Catholicke King.

For all which your M. Royall favours, having nothing to render but that which is due, Wee your M. humble Subjectes, proſtrate at your M. ſacred feete, lay downe our Lives, Goods, Liberties, and whatſoeuer elſe is moſt deare vnto vs; and doe vow to keepe vnto your ſacred M. vnſpotted Loyaltie and Subjection, and euer to bee readie to conſecrate and ſacrifice our ſelves for mainteinance of your Royall Perſon and Eſtate: Praying th' Eternall our GOD, that Peace may bee within your M. walles, Proſperitie within your M. Palaces, Length of Dayes to your Sacred Perſon, One from your M. Loynes neuer wanting to ſway the Scepter of theſe your M. Kingdomes, And that Mercie may bee to your ſelfe and your Seede for euer. *Amen.*

After the deliverie of this preceiding ſpeach, his M. made foorthward towards the great Church, and there heaving heard Sermon made by the *Arch-biſhop* of *Sainct-androes*, came to his Palace of *Holy-rude-houſe* where at the gate of the inner court was preſented ane book of verſes from the Colledge of *Edinburgh*, with this litle ſpeach in their name, made by *M. Patrik Nisbet.*

IN effusissima hâc omnis ætatis sexus, & ordinum gratulatione (AUGUSTme, INVICTme MONARCHA) *Musasne* dias tuas nutrices infami silentio obmutescere?

Vacuos Numini sistere se nefas. Quo munere SACRAmam tuam MAIESTem affluentissimam jugis munificentiæ scaturiginem colamus? *Anticyram* ablegandum sentias, qui guttulâ *Oceanum* auctare, faculâ *Soli* prælucere conetur. *Oceanus* tamen patulo sinu emissitios suos rivulos undique in se refluentes accipit. Quin ad tuam quoque *Augustissimam Majestatem*, vnicam *Musarum* almam parentem, benignissimam fautricem, acerrimam promotricem, quicquid pectoribus nostris *Castalii* humoris infudisti, gratâ reciprocatione redundare debeat.

Si enim, monitu exactissimi munificentiæ finitoris, *Munera accipientium ingeniis, & studiis prudenter accommodanda sunt*, Quid *Illustrissimæ* tuæ *Majestati*, peritissimæ Carminum Artifici, imò cõmentitio illo *Apolline* multò Vatibus præsentiori *Deo*, Carminibus gratius, acceptius, opportuniusve offerre Philomusi queant?

Hæc itaque, REX *Ter-maxime*, rarissimum pietatis, prudentiæ, mansuetudinis, & felicitatis exemplar, hæc, inquam, Poëmatia quæ *Serenissimæ* tuæ *Majestati* *Academia* EDINBURGENA, devotissimi sui obsequii, flammatissimi studii, humillimæ venerationis pignora exhibet, placidissimo illo tuo aspectu dignare, quotot millium corda hodierno die lætitiâ incredibili, indelebili perfudisti. Quodque unicùm tenuitati nostræ præstabile officium supereſt, DEUM Opt. Max. obstinatissimis precibus fatigabimus, *Sacram tuam Majestatem* fidissimo providentiæ suæ munimine cingat, mitissimâ favoris umbrâ protegat, omnia vota, & incœpta tua cumulatissimè secundet, clarissimisque Regnorum coronis ultimam, auctissimam, immarcessibilem sempiternæ gloriæ (Nestoreos annos supergrello) in cœlis Coronam accumulet.

(§)

IN SERENISSIMI POTENTISSIMI ET INVICTISSIMI Monarchæ,

IACOBI

Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis,

Fidei defensoris &c. *felicem in*

SCOTIAM reditum

Academiæ Edinburgensis Congratulatio.

(§)

REGIÆ MAJESTATI NUNCUPATORIVM.

Peridum decus insigne & tutela sororum,
Omnigenâ virtute cluens, certissima cœli (ceps,
Progenies, Patriæque Parens, ter maxime Prin-
Sceptrigerûm Phœnix, *atq; inclyta gloria Regum:*
Hæc tibi pauca damus memores testantia mentes
Carmina, non tanto Musarum Præside digna.
Quippe nec Aonii laticis saturata liquore;
Parnassi nec nata jugis, aut vertice Pindi:
Sed propè sub rigidæ stellis glacialibus Vrsæ
Condita, nec Musis æquis, nec Apolline dextro.
Si tamen hæc placido vultus candore benignus
Aspicias, Patriæ quo nubila fusca serenas,
Clara tui vultus sacro splendore nitebunt:
Nosque Edinensi *pubes nutrita Lyceo*
Te summum Aonidum columen Patremq; rogamus,
Vsque tuis faveas, Rex *invictissime, Musis.*

Sacratissimæ tuæ Majestati devotissima

ACADEMIA EDINBURGENSIS.

Εγκωμιαστικὸν.

EN lux almâ redit, quâ nobis Sextus, & Anglis
Primus, nunc aucto nomine, MAGNUS, adest.
Namque est bis novies Sextus de principe gentis
FERGUSIO; REX bis Sextus & a BRUSIO.
Nominis a primo Sextus. Sexto editus anno
Et sexageno, Bimus & in solio
Marmoreo, regimen subiit bis-sexto: & ad annum
Terque & ter sextum sceptra Britanna adiit.
Sextus adhuc, populis nam a quinis ante fuerunt
Regnata: est noster Sextus ab indigenis.
Sextus item quater est Normanno a Principe, gentem
Qui victor tenuit quintus ab indigenis.
Rex & ab Henrico Sextus, qui civica clausit
Funera, felicis fœdere Conjugii.
Id nostro inferior, stirpes tantum vniit ille,
Hic gentes: noster pace, sed ille acie.
Cum toties Sextus, cur non Tibi congruat omen,
Semper sub Sextis perdita Roma fuit.
Huc te fata vocant, manet hæc te laurea, Solo
Te digna: hinc, fausto nomine, Primus eris.
Non Anglis tantum Primus quod dicteris, aut quod
Primo succubuit Insula tota tibi.
Sed quod Romuleos regali indagine saltus
Cinxisti Primus, èque lupam latebris
Eduxti: Ecce stylo debent hæc sæcula vestro,
Quod lupa nunc prostet: Et dabis vt feriat
Alter quisquam? Absit: quin sis tu Cæsar vtrinque:
Quamque prius calamo, cuspide fige lupam:
En alacres adstant præsto ad tua jussa molossi:
Signumque expectant: Dic modo; Conficient.
Sin contra feriat, non est mora; sunt tibi Pardi
Horrendi, est acer indomitusque Leo:
Hos solue, hi cursu præstant & robore, brutam
Discerpent bruto fulmine posthabito.
Tunc tu MAGNVS eris, cui MAGNA BRITANNIA paret,
Cum duce te MAGNO, MAGNA ruet meretrix.
Quæ DEUS vt faxit, geminantes vota precamur
Tot numeres annos, quot numerantur avi.

ALIUD.

NOn res miraroſas Henricus junxerit: illís
Gens eadem, ſolus ſed color alter erat.
Alba prius rubuit ſociali imbuta cruore,
Et facta eſt rubeæ concolor inde roſæ.
Namque huic Mas deerat, fuit & dux vnicus illi:
Sic bello attritæ tum coiere Roſæ.
At mirum eſt Pardos IACOBVM vniſſe Leoni;
Queís natura, genus, diſpar & ingenium;
Diſſimiles vultus, moreſque, & pectora martì
Aſſueta, & genti gens inimica diu:
Par virtus, iræque pares, & viribus ambæ
Illæſis, mirum ſi coiere feræ!
Ecce tamen coeunt, duce te, Rex Magne, truceſque
Deponunt iras, collaque ſponte tibi
Subjiciunt: Movitne feras vis Lilii odora
Ter-gemini? argutæ voxne ſonora Lyræ?
Aſt ſine te nec plectra ſonant, nec Lilia odorant,
Muta Chelís ſine Te, Floſque inodorus erit.
Pluſquam humana tibi vox eſt, menſque enthea: Solus
Sola voce moues Lilia, Plectra, Feras.

THO. HOPAEUS.

SCOTIA jam longum in luctu & ſqualore jacebat
Et prope Cimmeriis merſa fuit tenebris.
Regís vt aduentum ſparſit prænuncia fama
Luctuſq; & ſqualor deſiit, & tenebræ.
Adventus ſi fama tui, REX magne, remouit
Luctum, ſqualorem diſſpulit & tenebras:
Quantam lætitiam tua nunc præſentia, quantam
Lucem SCOTIGENIS lautitiamq; feret!
Ne poſthac luctus, ſqualor, redeant ve tenebræ,
Siderio nobís ore perennè mica.
Quod ſi fata negant, ſi ſtat ſententia menti,
Nobile SAXONIDÛM mox remeare ſolum:

Fac

Fac per te vigeat Pietas ſincera, fideſque,
Relligio & puras intemerata manus.
Per te, extincta diu, cœlis ASTRAEA *relictis,*
Inviſat terras, almaque Pax niteat.
Per te floreſcant Muſæ, vitium omne faceſſat,
Exulet & Muſis invida Barbaries.
Fac jus, fas, virtus firmentur; denique quicquid
Luctu, ſqualore, & vindicat à tenebris.
Sed quid Te moneo, patriæ cui pellere luctum,
Squalorem, tenebras unica cura ſubit?

Τὸν μὲν ἀναγκαῖα λέγεσι μιλιτοτρόφων ἀδινάων
Ἢ μὴ κέντρον ἔχειν, μήποτ' ἢ ἀτέμενται.
Μεσόν δ' ἢ μελίτος φορέειν μελιηδέα κόλπον,
Ἀτρεκέως περὶ σὺ ταῦτ', ὦ ἄναξ, λέγεται.
Ὅτ'σχε δικαιοσύνης ἐξείλκεις δύπτε κέντρον,
Τί μὴ ἐπ' ἐχθομένους, ἢτ ἐπ' ἀφιεμένους.
Εὐπορέειν δ' ὄυτως μέλι σῆς πολυδωρίας, ᾧ;ε
Αὐτῆς γευσάσθαι τοὺς ὑπολασσομένους.
Ξύμπαντας, πολλοῖς τε χ' εὐθηνήσε διαρκῶς,
Οὐδ' αὐτῆς ἡμεις ἄμετροι πέλομεν.
Καί γὰρ σαῖς παιδεσσι σόφαις Ακαδημία πρώτως
Στηρίξαι, χ' ἐπειθ' ἥβαι σοῖσι νόμοις.
Ἀτθ' ὄν σοι γλυκερὴν ες πατρίδα γῆν παλινσεῶ
Ταῖσδ' εὐχῆσε ὁσιαις, τοισδ' ἐπέεσσι νέοις.
Εὐχαρίσιν τὲ νόοις ἐπιχάιρομεν, ἠδ' ἐνιαυσιοὺς
Νέσορος ὡς ζωῆς ὄβλιος ἐυχόμεθα.
Σῆς ἐυεργεσίης μειλίρρυτον ὄφρα φέρωμεν
Καρπόν, ἐς ἄγαον σον χλέος, ὦ βασιλεῦ.

HENRICUS CHARTERIS.

Συγχαρτικόν.

Sol velut humentes cum ſe demittit ad Auſtros
Noſtra riget pigro terra peruſta gelu:
Tunc neque fronde nemus ridet, nec gramine campus,
Flore carent horti, frugibus almus ager.

Aſt vbi flammantes propius contorquet habenas,
Exuit ignavum terra novata ſitum.
Arboribus redeunt frondes, & gramina campis,
Flore nitent horti, fruge vireſcit ager.
Haud ſecus Anglorum regni dum fræna gubernas,
Orbe nec in Patrio per tria luſtra micas:
Terra parem ſuperis quæ te produxit Alumnum,
Fluvie, & triſti nocte ſepulta jacet.
Aſt ſimul æthereis oſtentas æmula flammis
Lumina, nox radiis cedit opaca tuis.
Auſpiciis igitur fauſtis, & numine dextro,
Lætus adi Patrii tecta cupita ſoli.
Et velut arctoum cum Sol conſcendit in axem
Abſceſſu renovat quæ periere ſuo;
Sic Patriæ exangues artus, moribundaque membra
Acceſſu recreas reſtituiſque tuo.

ALIUD.

CYnthia ceu nitidos triſti ferrugine vultus
Condit, vbi fratris ſentit abeſſe facem;
Non minus illætis nos circũfundimur umbris
Vt radii vultus non micuere tui.
Hinc puto majorum ſolertia, gnara futuri,
Apta dedit noſtræ nomina bina plagæ.
SCOTIA *quod Sacri vultus orbata nitore,*
Appoſite Graia voce vocanda foret:
Auſonio hæc eadem dicenda Albania ritu,
Candida cum frontis cerneret aſtra tuæ.

REGIS Εγκωμιαστικὸν.

*EXimiæ decorant quæ te (*REX MAXIME*) dotes*
Et numerũ exuperant, exuperantq; fidem.
Ingneus ingenii vigor & vis enthea mentis,
Ardua qua ſenſu cuncta minora tuo.
Largiter Aoniis & pectora culta camœnis,
Et fluitans ſacro melleus ore lepos.
Major avaritia, turpique libidine major,
Atque animus recti propoſitiq; tenax.
Relligionis amor, fidei ſtudiumq; tuendæ,
Quod placuit titulis inſeruiſſe tuis.

Juſtitiam

Juſtitiam moderans facilis Clementia, Virtus
Et niueus candor, munificæque manus.
Invenias alios qui hæc ſingula forte tenebunt;
Sed qui poſſideas omnia ſolus eris.

Aliud Regni.

Auguſti cedant felicia tempora, Regis
Et Solymæ, regnis, Rex venerande, tuis.
Nã ſimul ac ſacros preſſit diadema capillos,
Et data ſũt tenera Sceptra gerenda manu;
Protinus errorum fœdis erepta tenebris
Emicuit puro lumine pura fides.
Tetraque ſeptenis quæ collibus arduа regnat
Corruit auſpiciis Bellua fuſa tuis.
Jam neque conſumptis carie damus oſcula truncis,
Fundimus aut ſtolidas ad caua ſaxa preces.
Triticeum nec (triſte nefas) pro numine vero
Quem tacito fingit murmure Myſta, Deum
Nunc colimus: Sed qui terram, mare, ſidera fecit,
Et regit imperio cuncta creata ſuo.
Relligione ſimul nitido pax aurea cœlo
Lapſa fouet Patriæ viſcera feſſa tuæ.
Jam neque ſecuros abrumpunt claſſica ſomnos,
Mollibus aut ſtratis ad fera bella cient.
Arua peremptorum non amplius oſſibus albent,
Sanguine nec diro flumina mixta fluunt.
Ruſticus in duros contundit tela ligones,
Et relegat pandos ad juga ſueta boues.
Jam mercator, opes per mille pericula quærens,
Impiger audaci cærula puppe ſecat.
Jamque nitet Tyrio Judex ſublimis in Oſtro,
Et calcata diu jura retractat ouans.
Procedant ſimili ſemper tua Regna tenore,
Teque fauens Numen ſic ſine fine beet;
Relligio vt vigeat ſemper te vindice tuta,
Floreat & fidei pax quoque juncta comes.

Προσφωνητικὸν.

ASſyrium Perſes, proles hunc clara Philippi,
Graios Roma potens exuit imperio.
Vltimus imperii Romani Scotia limes,
Sola gerens Latio libera colla jugo.
Deque aliis dum tu terris, Adriane, triumphas,
A Scotis vallo, tuque Severe, caves.
Namque hinc venturum veteres cecinere Sibyllæ,
Qui Romæ æquaret mœnia celſa ſolo.
Quem Dominæ celſas urbis qui diruat arces
Credibile eſt ſuperos conſtituiſſe ducem?
Qui Babylona feram Sanctorum cæde rubentem
Cogat ad exemplum triſtia ferre ſuum?
Quem niſi te Scorti gnavus qui pocula dira
Reſpuis, & mirâ detegis arte dolos.
Macte animo, fatis & te poſcentibus offer,
Victor adi palmis debita Regna tuis.
Quamque expugnaſti doctis, REX MAXIME, Scriptis
Romuleam ferro contere, perde LVPAM.

Εὐκτικὸν.

POſt bis ſeptenas viſo te Principe meſſes
Perfundunt Patriæ gaudia blanda ſinus.
Sidus & ut nivei nunquam diſpareat oris,
Sollicita laſſat numina ſumma prece.
Si tamen hæc ſuperis nimis invidioſa videntur
Vota, ſacro miſeræ nec datur ore frui.
Serus in æthereas redeas pius incola ſedes,
Et Pylio major, Dardanioque ſene.
Cumque tuæ vitæ Lacheſis finiverit annos,
Regali in tumulo molliter oſſa cubent.

ALIUD.

AVrea dum fundet Phœbus ſua lumina mundo,
Et capiet vultus candida Luna novos.
Deficiat nunquam Regalibus edita lumbis,
Quæ ſedeat ſolio ſtirps generoſa tuo.

PATRICIUS NISBETUS.

μιας

Τὰ τῦ Πρώτυ Πρωτεῖα.

PRIME BRITANNORVM (PRIMO HAVD SINE NVMINE)
Concilias ſceptro qui tria regna tuo; (*Regum,*
Unio Prima *trium; magni* Prime Unio *mundi;*
Prime *ſalutiferæ duxque, comeſque viæ;*
DEFENSOR PRIMAE *toto ſpectabilis orbe;*
Terror Prime *Erebi,* Primaque *cura poli;*
Juſtitiæ & Pacis Princeps, *qui* PRIMVS *ab oris*
Primus *abes patriis; nunc quoque* Primus *ades;*
Qui numeros retrahis labentes Primus *in orbe*
Noſtro, iterum PRIMVS, *qui modò* SEXTVS *eras;*
De quo fatidici tot Primo *oracula vates*
Fudere, eventis jam rata facta ſuis:
Quis *tibi* prima *canet quoque carmina? dignaque tanto*
Principe quis? PRIMVM *non niſi* PRIMA *decent.*
Parcito, lineolas ſi ego tantùm duxero primas:
Nobilis ad vivum ducere Apellis erit.
Primus *ut es Regum, qui tot feliciter annos*
Miſſa per illuſtres ſceptra tueris avos:
Centum hic proavi cum ſeptem invicta dederunt;
Biſque capis faſtis ſæcula dena tuis.
Te duce diſtractas ut plurima ſæcula gentes
Cernimus hoſtiles jam poſuiſſe minas;
Cernimus & tumidos tot retrò ſecla gigantas
Attonitos juſto ſubdere colla jugo.
Te PRIMUM *geminis, clarâ cum Principe, natis*
Junxerat una dies, junxerat almâ dies.
Quæ tibi natalis, natiſque illuxerat ipſa;
Menſis & a decimâ lux ea nona fuit.
Quattuor una dies menſis (non unius una)
Quattuor in lucem protulit una dies.
Admiranda dies! Primo *hanc dignare lapillo,*
Inter & illuſtres digere, Muſa, dies:
Prima *ſit hæc Epoche; retrò hinc, citròque putemus*
Tempora, cum PRIMIS, PRIME IACOBE, *tuis.*
Sed quò PRIMA *trahunt? Vtinam mihi* PRIMA *ſequenti*
Suggereret Primos *Calliopea ſonos.*

Vt te Prima *ornat virtutum gloria*, PRINCEPS,
Quas colit ut Primas *natio docta deas*:
Vt SOPHIA *in fibris, vultu* CHARIS, *ipsa labellis*
SUADA, THEMIS *Sceptro*, RELLIGIO *alma sinu*:
(*Hæc, quæ* Prima *tuis affulsit gloria sceptris*,
Inseret & primo te dea prima *polo*:)
Dat tibi lauricomæ Primas *Regina coronæ*,
Primus *& Aonii splendor Apollo chori.*
PRIMUS *alis magnum* Rex *cum Cicerone Maronem*
Pectore; *fers scriptis* primus *utrumque tuis.*
Dumque parat vacuo primos *ludibria cœlo*
Mittere Styx technis teque tuosque suis:
Eumenidum stygios PRIMUS Tu *detegis ignes*:
Terror prime *Erebi*; primaque *cura Poli!*
Quis nisi divino præcordia percitus æstro
PRIMA *queat calamo tot superare suo?*
Primus *honorandis Mystis quos Anglia fovit*;
Nobilibus primus *jam comitatus ades*;
Primus *agens clarum clarâ de gente triumphum:*
Quos Mars non potuit jungere, junxit amor.
Prime *amor Anglorum*; Scotorum *gloria* prima;
Primus *ut in Boream raptus amore venis*;
PRIMUS AMATUS ADES: primum *expectamus amorem*,
Prima *sit ut* Patriæ Pax, *& honesta, tuæ.*
Progredere, O *felix*, *quo duxerit entheus ardor*;
Primus *ut in cunctis, hîc quoque* primus *eris.*
Saxonidûm *hîc* primus *celebrans comitia* Princeps
Jura dabis populo non peritura tuo.
Nec me oracla animo fallent surgentia: *vates*
Forsan & a longâ posteritate ferar.
Primus EDINAEAS *regali nomine* MUSAS
Ornabis; *tollent te duce in astra caput.*
Quæ memores, si quid poterint, pernicibus alis
Famæ Te *æternùm*, Rex, *super astra vehent.*
Postus erit roseum dum Mons trifidatus *ad ortum*,
Vicina & trifido regia celsa jugo;
Donec ad occasum Capitolî *nobile saxum*,
Virginea Arx *ortu nobilitata tuo*;
Donec Edinæum *trifidâ stans urbe* Lyceum
Ostendet cristas inter utrumque suas;

PRIMÆ

Primus *eris Musis*; Primas, Rex, *assere*: Primus
Et mihi Mœcenas, *si placet*, *esse potes.*

PRIME BRITANNORVM, *post tot vaga sæcula, regum,*
Qui patrio in Boream plenius amore venis,
PRIMUS AMATUS ADES: Primi *præludia amoris*
PRIMA *damus*, *sceptri sed tibi prima tui.*
Illa quidem Primâ *longe a Permessidis vndâ:*
At tibi sub Primo *nata, renata polo.*
Accipe placato, Regum illustrissime, vultu:
Vatum ego postremus sic mihi Primus *ero.*

PATRICIVS SANDÆUS.

Εγκωμιαστικὸν.

DVm, Rex Magne, tui fidissima pectora Scoti
Æmula in adventu testari gaudia certant;
Ille tuos vultus spiranti excudit in ære,
Atque alius vivo ducit de marmore, & al-
In tabulâ fingit te animosâ, aurove loquaci: (ter
Hic rursum eloquio pollens, vel divite venâ
Castalii fontis, calido cui sanguine Titan
Corda animat, dotes animi quoque dicere versu
Tentat, & audacem tractus se præpete penna
Librat in aerios, vt te sublime volantem
Sectetur, superisque tuos componat honores.
Omnes solerti ingenio & mirâ arte, sed omnes
Ni temere, at vanis forsan conatibus audent
Tantæ molis opus: nam plurima lucis imago
Divinæ, & cœleste tuo quid splendet in ore.
Est & inaccessæ mentis vis ardua, nulli
Pervia; tot laudum tituli; tot sunt monumenta
Ingenii; tot virtutes, tua nomina, Regis;
Omnia supra hominum captum, mentemque manumque.
Te quoque naturæ, te nos virtutis, & artis
Mirum opus, atque operum metamq; apicemq; supremum,
(Quo Dii nil melius terris majusve dederunt)
Dum canimus: fulgore tui vis languida mentis

Deficit insolito, metuensque ingentia laudis
In spatia ire tuæ, veluti libamina quædam
Has eluctatur fœcundo è pectore voces.
Salve deliciæ populi, decus orbis, amorque:
Atque Erebi terror, Cœli charissima cura:
Salve Heros invicte, hominum REX, *maxime Regum:*
Imo omnes supra Heroas, Regesque, hominesque;
Te major, REX *ipse Tui; qui numine solùm*
Divino minor es. Salve Dîs proxime Princeps.

REGIS EFFIGIES.

NOn Auro ex rutilo Gemmisve aut Marmore Ima
Est te digna satis, nec satis apta tibi: (go
En majus molitur opus tibi fama perennis,
Effigiem pingens nobiliore modo.
Pro tabulâ est orbis, pro penna temporis omnis
Æterni fasti, qui tua facta notant:
Proque auro & gemmis, & mille coloribus, unâ
Agmina virtutum, & nomina mille ruunt.
Gratia, Majestas, solidæ quoque gloria laudis
Sunt operi nitidum lumen, & umbra decens.
Tum tabula inscripta est, Ter-magni Nomina REGIS,
Qui meruit summo proximus esse Deo.
Qui solus titulus mira feliciter arte
Et mentem, & tanti Principis ora refert.
Hæc ubi perfecit, tabulamque hanc rite sacravit,
Admiratur opus fama superba suum.
Tu tamen hoc famæ, quo non præstantius ullum,
Vincis opus major, victaque fama stupet.
Hæc quoque, rara licet, nec talis tantaque Imago
Est te digna satis, nec satis apta tibi.

JACOBUS SANDILANDIUS.

Ερως και Αντέρως.

SCOTIA, *te visit* REX, Anglis *anne relictis,*
Quæritur insuetæ quæ pote causa viæ?
Externi nil est, finit hoc non Anglia, *non* REX:
Hic habuit quantum optabat, & illa dabat.

Sollic-

Sollicitauit amor, qui ſe feſtinat amato
Unire, hinc geſtit regna ſubire tua.
Magnus amor Patrix, qui quondam numina cœlo
In terras (vates ſic retulere) tulit.
Magnus amor Patriæ, quem nulla exſtinxeris arte,
Aphrica cum Loto fabula vana fuit.
Salmoni hunc placuit Regi componere, primis
Dedoceat nullus quem remeare vadis.
Et potuit nullus, quin REX *ſuccenſus amore*
Te viſat, ſolus limine mouit amor.
Solus amor motum prouexit, denique Regem
Ad te perduxit, SCOTIA, *ſolus amor.*
Quare age, nunc alacri Regem cape, SCOTIA, *vultu:*
Teſtare & Regis quam tibi gratus amor.
Nec trepides pompis ſuccumbere, plenus amoris
Rex petit affectus commoda ſigna tui.
Dona DEO *in cœlis gratiſſima, plenus amoris*
Nonne animus? Regi, Scotia, gratus amor:
Et longum gratus, longum ſit nexus amoris
Inter te & Regem, Scotia chara, tuum.

Αὐτοδέτα. REX, SCOTIA, EDINUM.

ANglia *multa tibi debet, glacialis* Ierne
Multa, O ſi poſſent debita noſſe ſua!
SCOTIA *plura tibi debet, tibi debet* EDINUM
Plurima: ſe Regi debet vtrumque ſuo.
Nec ſunt ſolvendo, nôrunt: res vnica reſtat;
Eſſe volunt nexu mancipioque tua.
Ludere ſed libeat, libeat ſed ſolvere ludo
Debita, quæ poßit ſolvere nulla dies.
SCOTIA *multa ſuo Regi, Rex debet & ipſi,*
Per SCOTAM *dices,* Anglia *facta tua eſt.*
EDINUM *multûm Regi, Rex debet & ipſi,*
Ducis ab EDINO *ſtamina prima tuo.*
Luſimus: aſt clamant EDINUM & SCOTIA *velle,*
Eſſe tua, & nexu mancipioque tua.
Et ſint æternùm, tibi tantùm cura tuorum
Hactenus ut fuerat, ſit, maneatque tibi.
SCOTIA *prima tibi ſit cura, & proxima* EDINUM
Natale EDINUM *proxima cura tibi.*

EDINUM, *regnumque tuum curare memento,*
Tu magna vt magno sis quoque cura Deo
Edini *& quæ sunt duo prima, Ecclesia, Musæ,*
REX *orte* EDINI, *sint quoque prima tibi.*

HARMONIA LYRAE & LEONIS IN INSIGNIBUS REGIIS.

PArcere Subjectis & debellare superbos:
Hoc opus est Regis, Regia Sparta tua hæc.
Perfecti Regis perfecta insignia, Regi
Quam bene conveniunt, REX JACOBE, *tibi.*
Dum Lyra, dumque Leo junguntur, mitius illâ
Quid sonat? hoc vel quid fortius esse potest?
Mitibus & quam tu mitis, REX, *quamque rebelles*
Debelles facilis, SCOTIA *testis erit.*
Absit causa omnis posthac rugire Leoni,
*Dulcis & inter nos (*REX*) Lyra sola sonet.*

Τὰ πρωτεῖα ECCLESIAE, & MUSARUM.

VOta animo voluens, & quæ tibi munera ferro
Possumus, huc tãdem mens revoluta mea est.
Pompas, diuitias aliis offerre licebit
Atq; dapes, pereunt munera, quiq; ferunt.
Vivunt, & vivum præstant, Ecclesia, Mulæ,
Munere quem donant; sic sua dona probant.
Illa preces, docta hæ monumenta offerre paratæ:
Illis tu viuis, his tua fama viret.
Et viues semper, semper tua fama virebit,
Munera si prima hæc, sint JACOBE *tibi.*
REX *pius & doctus, pia munera, munera docta*
Vnicè amet, viuit queis, & in orbe viret.

Ελπὶς MUSARUM.

GAllia si Martem vidit conferre Minervæ
Sacram ædem natus quo fuit ipse loco.
Nonne Minerua tuo de Phœbo maxima speres,
Hîc vbi sunt vitæ stamina cœpta suæ.

VOTUM SCOTIAE.

SPes & opes in te Patriæ ponuntur; in illa
Tu ponis rursus gaudia cuncta tua.

Spes

Spes & opes tantæ maneant, & gaudia tanta
Comprecor vt maneant, Rex IACOBE, *diu,*
Dum precor inter nos maneas, &, Magne IACOBE,
Dum precor a nobis ſerus abire velis:
Dum precor Arthuri reſonet mons, Magne IACOBE,
Eia decus patriæ, ſerus abire velis:
Et ſic dum pro me, pro te precor; vſque precabor
Et ſic: votum vnum ſit mihi, ſitque tibi.

THOM. SYNSERFIUS.

ELEGIA εἰσδεικτικὴ

SCOTIA. PHωTIA. POETA.

Poët. NYmpharum Muſam meditemur, *Scotia* pernox
Quam crepera, clara *Phωtia* luce canat.

Scot. *Salve lucis honos, noctis fuga, Lucide Pæan,*
Te reduce è tenebris turba Scoteina *redux.*
Phœbus *& accedens & cedens duplicat vmbras:*
Jmmineat capiti, corporis vmbra fugit.
Tu φῶς *atque* βίος *nobis,* IACOBE, *receſſu*
Et reditu duplex contigit vmbra tuo.
Pallida mœroris te decedente premebat,
Grataque lætitiæ te redeunte redit.
Redditus his tandem terris, a vertice vtramq;
Vmbram, triſtitiæ lætitiæque, fugas.
Illa quidem cum mole ſua diſparuit, iſta
Corripuit tremulam mole manente fugam.
Lætitiæ molem immanem quo marte feremus?
(Jn ſe magna ſuo pondere lapſa ruunt)
Maxime Rex Regum, fateor, medicabilis iſta,
Hei mihi, debilitas eſt nimis arte tua:
Diſceſſu properas gratam attenuare ſecundo
Molem iſtam, Scotis ſic redit vmbra duplex,
Lætitiæ, luctuſque: iſthæc cum mole redibit,
Vmbraque lætitiæ ſola ſuperſtes erit.
Sed ſatis vmbrarum, lucent jam ſpicula Phœbi
Aurea, luminibus ſpicula miſſa tuis.

Salve lucis honos, noctis fuga, lucide Pæan,
Te reduce è tenebris turba SCOTEINA *redux.*

Poë. SCOTIA sic: Vos, quæ respondit Phœtia, Musæ
Dicite Edineę, me mea vena fugit.

Phœt. *Ingredere O soboles supremi clara Tonantis;*
Phœteina hunc niveum pinge caterua diem.
Phœbus & accedens & cedens floribus almis
Alternat grata poma sapora vice.
Desuper illuxit: fervens inanduit æstas,
Æstatem, Antumnum, Ver, JACOBE, *facis:*
Carpere decedens maturæ poma dedisti
Pacis: habe regnis altera, Mome, tuis.
Ciuilis scissa cessit discordia pallâ,
Discessu facta est Insula Firma tuo.
Sed simul increpuit reditus prænuncia vestri
Fama, redit facies veris aperta simul.
Ver erit æternum Scotorum: currite Parcæ
Dixerunt fusis aurea sæcla suis.
Cominùs illuces; facie præsentis inardet;
Æstuat in vultu patria fixa patris
Lumine inexpleto: nec se mortalia demens
Augusta adspectans ora videre putat.
Patria sub Geminis generosum amplexa Leonem
Nunc tibi pro Maio mense IACOBUS *eat.*
Ingredere, O soboles supremi clara Tonantis;
Phœteina hunc niveum pinge caterva diem.

THOM. NICOLSONUS.

NOx ruit, occiduus rutuli dum fulgor Olympi
Delius hesperias lambit & intrat aquas.
Fausta renascentis succedit gloria Phœbi,
Dum jubar exoriens REX IACOBUS *adest.*
Ergo Caledoniis geminus Sol surgit in oris,
Binaque Scotigeno lux redit alma solo.
Qualis enim Titan viridanti *gramine terræ;*
Talis ades populo Dîa propago *tuo.*

Lumen

Lumen in immenſum fundit Sol aureus orbem,
Clariùs Hic *morum nobilitate nitet.*
Pythius æthereas fundit per inania flammas:
Numinis Hic *Sacri, noſtro & amore calet.*
Arva fovet Phœbus *vernantia:* Providus Heros
Pace ſuum populum pacis alumnus alit.
Aſt æſtu quandoque gravi ſitibundus Apollo
Exurit tepidi gramina picta ſoli.
At meliora jubet ſperare Britannus Apollo,
Idem unuſque ſuis, unus ut uſque ſibi.

David Prymroſius.

INſula quæ ternis diſcreta Britannia regnis,
Sub ſceptris primùm floruit una tribus:
Quæq; exinde gradu juſto contendere ad v-
Acceleranſ, gentes ceperat una duas: (nã
Tandem terrarum quas Tethyos alluit æquor
Maxima, in amplexus en tibi tota ruit.
Sed ne quid numeris pereat tituliſque vetuſtis,
Deque ferant primis ultima judicium;
Et regna accedunt Regi tria: Ter Deus unus
Hunc numerum & titulis juſſit adeſſe ſuis.
Sic Jovis horrendi magnum per inane triſulca
Juſſa ferire reos fulmina ſparſa micant:
Tres Charites grato vincentes cuncta lepore
Conciliant animos in fera bella truces.
Hæ comites Regi aſſiſtunt Dominumq; ſequuntur,
Principe nec quicquam gratius ulla videt.
Principe non alio contenta Britannia (cœli
Orbis ab immenſo quam dirimebat amor)
Quâm qui cælitibus junctus, quem gloria cœlo
Æquat, & humanum dat ſuperare modum.
Proxime Dîs Princeps, cujus ſtant publica fatis
Fata; tuis, tibi quæ læta velint ſuperi.
Incolumi te, quicquid habet tuus orbis & alter
Exultat, genio debita paxque tuo.

Teque adeo ſacrum dum nobis Anglia reddit
Depoſitum, fidei nobile pignus habens;
Sedulus occurſat populus, dum compita gente
Fervent nativa te cupiente frui:
Dum proceres vtriuſq́, vno te Principe, gentis
vnius, vnum te quem venerentur habent,
Quem comitentur habẽt, implentes omnia plauſu;
Gaudia per varias dant repetuntque vices:
Non ſtrepitus animoſq́, virûm tua Scotia vidit
Aſſimiles, fato non ſtrepere æra pari:
Agmina non ſimili affectu coëuntia: donec
Vna alii quondam gens inimica fuit.
Aurea ſæcla tibi dat fors inverſa, per agros
Auditurque cauis nil niſi pompa tubis.
Sic eat: atque ſuo felix ter maximus Heros
Cum populo, terræ jura det atque mari.
Decurratq́, Auguſta domus, ſervetq́, tridentem
Regalem donec voluerit aſtra polus.

ALEXANDER PEIRSOUN.

GRATULATORIUM.

VRbs EDINA, *tribus jam luſtris lurida vîxti*
Auricomi ſolis radiis fulgentibus orba,
Marcida, torpentis gelido ceu ſidere brumæ,
Heu longùm jacuiſti: heu conſternata, Pena- (*tes*
Heu laceri, Patres mœſti & Reſpublica, Cives,
Luxiſtis Regem, heu toties totieſque petitum.
Phoſphorus ecce tibi illucet, jubar ecce IACOBI
Exoritur rutilans, radius Regalis obumbrat
Vrbem hinc, Arcemque inde, ſuæ incunabula lucis,
Pollicitans meliora tibi: licet occiduus Sol,
Occiduoq́, licet te primùm hoc tempore viſat,
Perpetuam ſpondet Sol ſurgens veſpere lucem.
Aurea nunc placidum numen tibi ſæcla reducit,
Pulchrior apparet Phœbus ſplendore coruſco,
Noctturnas pellens tenebras nunc menſe ſereno
Floriferis Maio Zephyris ſpirantibus, igne

Viuifi-

Viuifico, priùs algentes nunc calfacit artus,
Nimbiferoſque Joves, & iniquas diluit auras;
Ne deſponde animum, neu conſternêre; Patronus
Ecce tuus Princepſque venit, tibi brachia pandens
Obvia, & amplexu prenſans tua colla benigno.
Plaude lubens REGI *nunc in tua tecta regreſſo.*
Quos laceros dixi, ſacri gaudete Penates;
Summus Paſtor *adeſt, tenero qui pellat ouili*
Vulturios rapidoſque lupos, non indigus auræ
Æthereæ, rara præſtans pietate Monarcha.
Gloria CHRISTICOLÛM *cui Dîa atque enthea mens eſt,*
Relligio, cui cana fides candore niuali
Purior, ALBIONIS *lux alma, & lucida lampas.*
Plaudite vos Regi nunc veſtra in tecta regreſſo.
Pellite triſtitiam Patres, nunc compita plauſu
Lætifico reſonent, hujus ſolatia lucis
Invida non vnquam valeat delere vetuſtas,
Heroas Deus inter adeſt, qui nunc Jubilæo
Hoc currente ſuo, Patriæ reparare ruinas
Inſtituit, triplici Diademate, triplici cura
Invigilans, ſacris cum legibus & magnis diis:
Pignore qui triplici patrium firmabat amorem.
Plaudite vos Regi nunc veſtra in tecta regreſſo.
Nullo unquam tantùm gaviſa eſt Principe EDINA,
Quem Methuſaleos exoptat viuere Soles.

Nicolaus Udward.

κοσμοθριάμβος.

ADventu, Rex magne, tuo jam machina mun-
Inſolito applauſu tota triumphat ovans. (di
Nam quæ mœſta cavis latuêre ſepulta caver-
Nunc tollunt criſtas germina læta ſuas. (nis
Mollia purpureum pingunt violaria campum,
Gemmea frondenti gramine prata virent.
Nunc micat herba comis, nunc omnis perturit arbos,
Exultantque ſuis arbor & herba comis.
Vndique turgeſcunt fœcundi floribus horti,
Floreque plaudentes verſicolore nitent.

Flos quoque fragrantem per inane refundit odorem,
Et Syrio nares mulcet odore ſacras.
Nunc jucunda Ceres ſpicis onerata ferendis
Vernali teneram pingit honore ſolum.
Et quæ muta fuit glacialis frigore Brumæ,
Dulce ſonat tenui gutture carmen avis.
Regius expanſum pennarum Pavo flabellum
Erigit, & pennas ad ſua terga rotat.
Floribus inſtrepitans apis alto læta ſuſurro
Nunc mirâ flavos conſtruit arte favos.
Luxuriant agni pratis, hœdique petulci,
Et geſtit lætas dux gregis inter oues.
Omne genus pecudum, gaudet genus omne ferarum,
Squamigerumque ſalit, te redeunte, pecus.
Ipſaque Phœbæos dum lympha reverberat ignes,
Fulget, & applauſu læta tremente ſalit.
Atque ætas multis quos ferrea preſſerat annis,
Aurea nunc nobis, te redeunte, redit.
Nec tantùm quæ Terra tenet, quæ Pontus, & Aër,
Gaudia ſepoſito plena dolore novant;
Ipſa ſed exultat ſtellantis machina Cœli,
Spirantque influxus ſidera clara novos,
Cynthia, Mercurius, Cythereïa, Cynthius, & Mars,
Juppiter, & gelidi plumbea ſtella Senis.
Nam ſimul ac Patriæ tetigiſti limina terræ,
Cynthia *lætitiam lumine plena probat.*
Teque ſalutatum deſcendit ab abſide ſummâ
Orbis, & in Cyclo *fit perigæa ſuo.*
Vnde tuæ dulcis fluxit facundia linguæ,
Mercurius *ſuperâ lætus ab auge venit.* ☿
Auſpiciiſque tuis adſpirans deſerit Auſtrum,
Et tenet Arctoi ſigna benigna poli.
Vtque alacris læto teſtetur gaudia plauſu,
Ecce Venus *radio ſplendidiore micat.* ♀
Phœbus *ut optatam,* Rex, *te comitetur ad Arcton,* ☉
Verticis ad punctum, te redeunte, redit.
At Mars, *pacifici quia non fert lumina Regis,* ♂
Directo fugiens tramite ſigna ſubit.
Dumque petit rapidi tecum SOL *ſidera* Cancri,
Horribili ſubiit Virginis aſtra metu.

Vt petat

Vt petat occiduas cum Principe Jupiter *oras,* ♃
Retrogrado repetit signa priora gradu.
Et ne quis vitreo splendescat in orbe Planeta,
Poplite qui flexo non tibi dicat Aue;
Saturnus *fugiens Australem lætior axem,* ♄
En meat in Boream, te remeante, plagam.
Et DEVS, *immensum nutu qui temperat orbem,*
En jubet auspiciis cuncta fauere tuis.
Ergo renascentis *testatur gloria Mundi,*
Aurea cum PATRIAE *sæcla redire* PATRE.

ANDREAS JUNIUS.

Ὠδὴ ἐγκωμιαστικὴ

QVæ cura Gentis magna BRITANNICÆ,
Plenis honorum muneribus, tuas
IACOBE virtutes in ævum
Per titulos, memoresque fastos
AEternet? O quà Sol habitabiles
Illustrat oras, maxime Principum,
Reges coruscas qui inter omnes,
Sol micat vt media inter astra.
Multi volantes vrbibus inferunt
Ignes, & æqualem arcibus aggerem
Tollunt, in altum advecta quæque
Dejiciunt animo feroci.
Multis voluptas agmina ducere,
Graueſque tergis acriter hostium
Instare, & optatum peractis
Imperiis decus arrogare.
Vicere Gentes indomita manu
Multi: sed omnes insatiabilis
Vrgebat ardor plura habendi,
Ambitioque tumens agebat.
Injurioso non gladio domat
Extraneos, sed dirigit aureo
Sceptro suos, qui regna justa
Et stabilita dabit nepoti.
Vis consilî expers mole ruit suâ;
Vim temperatam Dî quoq; prouehunt:
Nec desinunt mulcere Reges
Nil nisi justum animo moventes:
Dum Regis omnes gnaviter indolem,
Statumque regni, dissidiis procul
Cernunt remotis: ecce Regem
Nunc Solomona *vident Britannis*
Præesse: votum par animo fuit,
Eventus idem. Namque animus tibi,
Rerumque prudens, & secundis
Temporibus dubiisque rectus.
Mentem scientem, qua populum tuum
Justè regas, non Nestoreos *dies,*
Diteſque opes, magnoſque honores,
Hostibus ambieraſve stragem.
Orbis creator qui regit exitus,
Regi benigno non modò providam
Largitus est mentem, sed vltrà
Muneribus cùmulauit amplis.
Nomen Britannorum, atque Britanniæ
Creuêre vires, famaque & Imperî
Porrecta Maiestas ad ortum
Solis *ab occiduo cubili.*

Reges relictâ non malè patriâ
Nunc regna veſtra inviſere geſtiunt.
Regeſque legant jam orbe toto,
Vt ſapiant, videantque mira.
Diuiſa longo tempore nunc vident.
Non Marte forti, ſed Sapientiâ
Vnita ſceptra: nunc beatas
Viuere & imperio ſub uno
Gentes feroces. O ter & amplius
Certe beati, quos regit ardua
Mens regis, orbem qui patentem
In placidâ regeret quiete!
Tu præter omnes SCOTIA *maximè*
Felix voceris: Te piè & vnicè
Vt patriam ambit, qui eſt tuarum
Grande decus, columenque rerum.

Rex ergo fauſto conſilio redis:
Votis diu nunc icta fidelibus,
Ducemq; cuſtodemq; quærit
Patria nocte dieque Regem.
Regnante noſtro Cæſare, non furor
Civilis, aut vis eximet otium
Externa, quę procudit enſes,
Et miſeras inimicat urbes.
Affulſerit vultus populo vt tuus,
Ibit dies & gratior, inſtar &
Veris virescent cuncta; campis
Et gelidæ fugient pruinæ.
Præſentiâ Tu namque Dieſpiter
Ceu Phœbus ardens Æthere lucido,
Clarè relucebis, dabiſque
Perpetuam ſine nocte lucem.

Πανάρετον.

Εἰ κεν Ἀλέξανδρος βασιλεὺς κρατερός τε μέγας τε,
Κόσμῳ ἐπικρατέως καὶ ἐπέταξεν ὅλῳ,
Μήτε ἑῶν γε γραφεὺς τις, μήτε τις εἰκόνα γλυπτὴρ
Πειράτω χράφειν τῶν πόλε, μηδὲ γλύφειν.
Πλὴν φύσεως λῴοιν τῦ Ἀπελλῦ, ἢτε Λύσιππυ
Εἰκάσαν πάσης Ἑλλάδος εὐφράδεος.
Οὐ δὴ ἀπανευθε βροτῶν, χειρὰς παρεχέμυναι ἄλλον
Οἰδὴ ἀδαήμονας, δι τῶν' ἐπέτεισε μέγα.
Μᾶλλον δσφ, πρῶτος συ Βρετάννων, ὑδὴ ὑπὲρ αἶσαν
Κωλύσας Βασιλεὺς τῶν μαλε δεινότερῳ
Μὴ τις θεσπεσίης τολμάτω τ' εἰκόνα ψυχῆς,
Γράφειν ἐπεῖ: τελέως μὴ πόλε γὰρ δυναται,
Ὡς δι' ἄχος, δίῳ Αγαμέμνονι πρὶν Τίμανθης,
Οὕτω σοί, κἀγὼ σῦ διὰ τὰς ἀρετὰς.
Οὐ δυνάμαι γράφειν Ἰδέαν σλω, ἀλλὰ σκέπασμα
Θήσω, καὶ γράψω: Εὐθάδε ΠΑΝΑΡΕΤΟΝ.
Ἐνδον Ναὸς ἐχῇ, ὁ μονῶτλω ἐις τὸν Ἀνακτα,
Καί ες Μεγάρχλω, ὅσσον Ἀναχλα φέροι.

IN REGIS Statuam EDINBURGI Erectam.

Aſaris extabant Heroïca ſymbola Romæ,
REX *orbem pedibus, Dexterâ habens gladium.*
At JACOBE *tua* Edini *ſunt ſymbola plano*
Stas, orbem læua, & dextera ſceptra gerit.
Scilicet incerti Superûm mens gnara futuri,
Aptat Principibus ſymbola quæque ſuis.

Cæsaris *Orbis & ensis symbola: Temporis æquè*
Fortunæque levis symbola sunt paria.
Fortunam victor jactat comitem: ergo triumphans
Et statuam Romæ debet habere parem.
Qui duce Fortunâ gladio conscenderat Orbem,
Judice pòst Orbe est trusus, & Ense cadit.
Te, Rex, *non Fortuna fugax, Mavorsve cruentus,*
Duxit ad eximium casta Minerva decus.
Te quoniam in rebus fulsit Prudentia cunctis,
Hermes ceu solido niteris ecce cubo.
Immotusque, Orbem potes amplum mente movere;
Orbem namque manu, non pedibus retines.
Regalisque vales sceptri moderamine Mundum
Flectere; juncta orbi regia sceptra geris.
Pergat ad immensum præcellens Navita clavum:
Tu *unus* Rex *Mundi dignus es imperio.*

Jacobus Reidus.

IVppiter *æthereũ quamvis moderetur Olympũ,*
Et teneat quicquid maximus orbis habet.
Visere sæpe tamen juvat incunabula, Cretam,
Naïadum *vbi primis imbuit ora cibis*
Iuno *etiam* Spartam *Pelopeiadesque* Mycenas
Deserit, oblectat cum mage grata Samos.
Ipse Claron, Tenedon, Patareąq; *regna relinquit,*
Maternamque petit Delon Apollo *suam.*
Quum superos natale solum sic tangat amore,
Semideos mirer si pia cura movet?
Ergo agè, cùm Patriæ Rector dicare Paterque,
Vtere more Deûm major & ipse Deus.
Vt cùm sepositis cupias tua gaudia curis,
Scotia *sit* Delos; Scotia, *Creta,* Samos.

Ioannes Rayus.

PHœbus *vt* Eoïs *roseum caput exerit vndis,*
Omnia jucundo lumine plena micant.
Vespere anhelos equos liquidis cum mergit in vndis,
Mox terras alis nox tegit atra suis.

Rurſus vt illuſtrat radiis rutilantibus orbem,
Lætitiâ exultat luxuriante ſolum.
Scotia fulgebat te tanto Principe nato,
Nataque gaudebat ſpemq́ decuſque ſibi.
Aſt vbi maturus Patriæ moliris habenas,
Affulſit regno gloria quanta tuo!
Angla vbi cum Gallis & Hybernis ſceptra tuliſti,
Scotia lugebat lumine caſſa ſuo.
Lætitiam & lucem, luctu tenebriſque remotis
Reſtaurat reditus, magne Monarcha, tuus.
Quantâ nox miſeros preßit caligine, tantâ
Nos recreet noſter Cynthius, opto, die.
Quod ſi fata negent, ſi noſtra gente relicta,
Angligenûm ſtatuas rurſus adire ſolum;
Exſuperes multos Tithoni, & Neſtoris annos,
Quoſque humana notant, aut pia ſcripta, ſenes:
Noſter ut occiduis ſi Sol caput occulat vndis,
Lætitia & ſpe nos exoriturus alat.

ALIuD.

RArò concurrunt virtus & ſumma poteſtas,
Aut nunquam, vati ſi ſit habenda fides.
Principe conſpirant in te feliciter uno,
At virtus amplo eſt amplior imperio.
Magna quidem imperii, tamen eſt finita poteſtas,
Inclyta ſed virtus nubila tranſgreditur.
Imperium melius conſtat virtute, valetque
Plus virtutis amor, quàm timor imperii.
Quem penes eſt virtus, penes eſt & ſumma poteſtas,
Imperat ille aliis, imperat ille ſibi.

Iacobus Fairlie.

Εὐρυχρείον Βασιλεύταλε, ὀλβιόδαιμον,
Ὅν γ᾽ ραρόν πσιθν πανταδαπᾶ ἀρεταὶ:
Αιθ᾽ ὀφελόν ζαθέας ἱκανᾶς διαγέμμεν᾽ ἐπαίνες.
Αρρήτῳ δεσμῷ πάτριδα καλλοδαπᾶς
Ξυνάσας: μάρλεν μθν ἀχλὶς, κὴ πάντα τέτηκεν
Ὅπ᾽ ἀνεχωρήσας, νυὶ δε τηλεθάει.
Ε᾽ν τέ σκότει Σκότια ἰων, αλλ ἀήσχος ἀιγλη
Σᾶς δόξης δείαις μίν σιλάγιζε βολαῖς.

Ωςτι

Ὡς τὶ γὰρ ἀυγάζῃ πεδίον φάος ἠελίοιο,
Τῶς τὶ σὺ τηλαυγὴς τοὺς ὑπολαχομένους,
Ἀρχομένων πάντων μεμελημένος ἠδὲ κόλπῳ
Χάρμα τὲ δεῦρ ἦλθες, δυσμένεσιν φοβερος.
Παμμεδέων πολυδαίδαλε τοὺς μουσῶν θεράποντας
Εὐφρονι μὲν θυμῷ ἐσσυμένως φιλέε.
Ὄφρα μεμνῆσθ τοὶ ἡμῶν Ἀκαδημία πρῶτον
Ἡμῶν μᾶλλα φίλη λίσσομαι, ὦ βασιλεῦ.
Ζώοιεν εἰς αἰῶνας ἀναξ ἀνδρων Ιαχώβος
Ϛέφανον τὴν τιμὴν ἐυχόμεθ ὐρανίην.

Γλέρμος βασιλείος.

QUalis Hyperboreis ſemeſtri nocte grauatis
Lætitia exoritur Sole oriente nouo:
Cujus ab Oceano radiis ſurgentibus altæ
Diffugiunt tenebræ, frigora cana liquent:
Senſim vita redit longùm languentibus herbis:
Incipiunt ſylvæ fronde virere novâ:
Sydera vaneſcunt furva fulgentia nocte:
Apparent tenebris corpora tecta priùs:
Rebus adeſt cunctis cæcâ ſub nocte ſepultis
Et vigor, & vivus, qui fuit ante color.
Talia confectos inceſſunt gaudia Scotos
Deliquio Phœbi per tria luſtra ſui.
Cum tuus affulget vultus, Ter Maxime Princeps,
Et lucem patriæ reddis, Apollo, tuæ.
Nam quibus ater erat vultus, mens nubila, fuſcus
Corde dolor triſti pellitur, ore nigror:
Queîſque impacatis odiis fera corda rigebant,
Mutuo amicitiæ fœdere juncta calent:
Incipiuntque nouâ ſubitò revireſcere vitâ
Membra vietorum caſſa vigore ſenum:
Aurea jamque tuæ fuſcat præſentia lucis
Supra alios multum qui micuere priùs:
Quæ loca ſenta ſitu, vel quæ ſqualore latebant
Corpora, purpureo cuncta colore nitent.
Cynthie ad occiduas currum ne flectito metas,
Ducat ut æternum SCOTIA læta diem.
Quod ſi fata vetant, ſi non juvat uſque morari:
Si patriam triſti condere nocte libet:
At ſaltem Eoas alternè pandito portas,
Ne ruat æternùm Scotia caſſa die.

Andreas Stephanides.

QVid proceres hilares, & feſta fronde prementes
Tempora, quidque equites clarì ac ignobile vulgus,
Quâ Caledon *fuſis circũ ſe porrigit vndís*
Sacra canunt, digitiſque lyras & pectine pulſant?
Nempe dies venit, venit lux aurea, multùm
Exoptata tibi Caledon, qua magnus alumnus
REX IACOBVS *adeſt, triplici diademate fulgens:*
Dotibus ingenii qui Reges provocat omnes
Quotquot alit tellus humano è ſemine cretos:
Juſtitiâne fidène incertum clarior, an quæ
Mitís præcipitem clementia temperat iram.
His ducibus comitatus adeſt, his undique cinctus
REX *magnus magni magna admiratio mundi eſt.*
Cernere nunc oculís majorem eſt omnibus illís,
Quos ſibi priſca optârunt, laudârunt ve; futura
Aut auſint olim promittere ſecula Regem.
Tu quoque, Rex, claris quamvis ſis Regibus ortus,
Et proavos quamvis ſuperes virtutibus omnes,
Divitias quamvis tibi ſpondeat Anglia *multas,*
Scotorum exiguos ne dedignêre penates:
Scotia te genuit, nutrivit Scotia, tellus
Nulla tibi patrio videatur amicior aruo.
Et nos Edini *gaudentes turba Camœnis*
Te colimus ſtudiis noſtris Muſiſque patronum:
Et cùm permultos feliciter egeris annos,
Dulcem ſidereo tibi vitam optamus Olympo.

Robertus Stephanus.

PHoſphore redde diem, ne gaudia noſtra moreris
Noſter adeſt Cæſar, Phoſphore redde diem.
Livor edax apage; Romano eſt Cæſare quovis
Dignior hic noſter, livor edax apage.
Cæſar, Alexander pepererunt Marte triumphos,
Tempore ſic priſco cætera turba ducum.

Tu

Tu plures almâ peperisti pace triumphos,
Inclyte Rex, omni tempore pacis amans.
Pacificus vixti dum Scotica sceptra tenebas,
Anglica gens nullo sanguine parta fuit.
Pacificus Patriam (Domino aspirante) revisis,
Transigito reliquos (qua pote) pace dies.
Cruda gerant gentes inter se bella prophanæ:
Fraternam pacem terra Britanna colat.

VNa æstas hilarat mortalia corda quotannis,
Vnus & æthereo Phœbus ab axe micans.
In patrios fines te, Rex Jacobe, reverso,
Bino æstu, duplici Scotia Sole viget.
Prata virent, campi rident, fert florida tellus
Germina, tu flores, Rex Iacobe, magis.
O fortunatos nimium sua si bona nôrint,
Scotigenas, tanti sub ducis imperio.
Perge jubar Regum Scotosq; Anglosq; fovere,
Et quot amant Christum sub ditione tua.
Pergito degeneris tenebras dispellere Romæ,
Perge Deum vera Relligione sequi.
Te tandem Christus regno potiore beabit,
Supra solarem, sidereamque domum.
Scotia tu reducem divino munere Regem
Excipe lætitiâ, lautitiâque tuum.
Rex cœli hunc mandat, sperat terrenus honorem:
Sic dabit intuitum Rex tibi uterque suum.

MAgne Britannorum Princeps, cunctis jubar ingens
Gentibus, immensæ quas continet orbita terræ.
Stella nitens Patriæ, Musarum gloria fulgens,
Iustitiæ cultor, veræ pietatis asylum,
Defensor fidei, columen virtutis avitæ.
Quale decus Phœbus stellis, Phœbæque sorori
Impertit, radios totum qui fundit in orbem;
Tale decus cunctis, O Rex præclare, Monarchis
Addis (mordaci rumpantur ut Invia Momo,

Et fremat immenſum Satanas, Satanęq́ ſatelles)
Exoptata diu jam lux affulſit ab alto,
Omine felici, Chriſto ducente, Penates,
Et Patriam antiquã prope poſt tria luſtra reviſis.
Crebra tuæ quærunt proceres en oſcula dextræ,
Oſcula devotæ affectus teſtantia mentis.
Et geminat multam plebs vndique fuſa ſalutem,
Pectora tantus amor natiui Principis urit
Viſendi ſtudio, ſic ut non currere cunctos
Sed volitare putes, (plantis amor exhibet alas)
Sexus uterque, ætas omnis, volat obvia Regi.
Nil tardare poteſt, ferit aurea ſydera clamor
Gratantis populi: creſcat precor illa voluntas,
Teſteturque aliis ſtudium gens integra ſignis:
Carmina pars dicat, pars ducat læta choreas,
Munera munifico Regi pars larga propinet:
Salve igitur multùm, ſalve celeberrime Princeps,
Ecce tibi obſequium, & fortunas ſponte vovemus.

Alexander Douglaſius.

REX *populum, ſanctuſq́ fidem, prudensq́ ſe-*
Lege regis, clypeo protegis, arte reples. (natũ,
Vir diuos, doctus Muſas, & largus egenos
Ore æquas, Sophia vincis, & ære reples.

QUas *gentes nullæ poterant conjungere vi-*
Firmaq́ non ullo pax ſociare die; (res,
Has pace æterna nectens, mirabile viſu!
Iſq́ rediſq́ vnus, primus & unus ouans.

Gulielmus Scotus.

QUaliter *Heſperidum cultis dum pullulat hor*
Solſequiũ, valvas fertq́ refertq́ ſuas: tis
Solis ad occaſum luget; quia lumine caſſum;
Solis ad exortum germinat, halat, hiat.
Hiſpidus haud aliter SCOTORUM *carduus,*
Accinctus ſpinis, purpureiſque comis; (altis
Quoquo-

Quoquoverſus abis votis, vultuque ſequaci
Vertitur, heu vitâ Sole vacanſque ſuo.
Sentit enim ſolio dum tu, Rex clare, coruſcas
Numinis inſtar, opes; luminis inſtar, opem.
Puncta Poli tetigit Titan duodena duoque,
Nec caluit radiis carduus ille tuis.
Nempe Roſam exhilarans, atque exhilaratus ab illa,
Rore, calore tuo; flore, colore ſuo.
Purpureumque licet vallabat plurima ſpina,
(Pacis & Aſtreæ ſymbola certa tuæ;
Purpura namque refert pacem, Jus ſpina virescens,
Illius hæc fomes, Juris & illa comes)
Attamen intereà viduos tranſegimus annos,
Defuit & viridans, & vetus ille vigor.
Jamque redis, rhedis ceu Titan vectus Eois;
Atque animus nobis, vita, vigorque redit.
Vive diu Sol tu ſolus, paciſque patronus,
Dum ferit unda oras, dum feret aſtra polus.

Ioannes Nimmo.

ORTA Caledoniis eſt lux optata per annos
Multos, ſpe & votis ante petita piis.
Non fulſit terris clarâ tam lampade Phœbus,
Qui radiis terram percutit auricomis;
Quam tua magnanimos decorat præſentia SCOTOS,
Torpentes Muſas mulcet & exhilarat.
Quæ ad te confugiunt, O vatum maxime Princeps,
Artes Phœbæas qui regis arte tua.
Quem pietas, quem vera fides, quem celſa poteſtas
Regia condecorat, ſemideumque facit.
Pectoris alma tui radios tua SCOTIA *ſenſit;*
Quam nunc incenſam reddis amore tui.
Templa, Arces, Vrbes, auguſta Palatia, Campi,
Gratantur reditum, MAGNE IACOBE, *tuum:*
Neſtora ut eloquio ſuperas, tibi Neſtoris annos
Exoptat votis SCOTIA *perpetuis.*

ROBERTUS SMITHUS.

Quid nunc canorâ pangere barbito
Musas coëgit carmina? Principis
Adventus est, ægros Edinæ
Sic qui animos reficit Camœnæ:
Arsit suorum visere Rex bonus
Fines remotos, impatiens moræ:
Non illum, opes si polliceris
Attalicas, licet impedire.
Namque in popellum crescit amor suum:
Natalis illi est aura cupidini;
Gaudetque campos intueri
Rex proprios, Patrios penates:
Miranda virtus carmina postulat:
Pax, non priori cognita sæculo,
Qualem per orbem non videbit
Sol rapidos agitans jugales.
Nomen timendum gentibus exteris
Evasit: hujus finibus imperî
Durabit ingens & colendum,
Quod tribuit pietas fidesque.
Tot regna sanctis subdita legibus,
Sincera & horum Relligio, tuo
In corde virtutum repostam
Congeriem penitùs recludunt.
Tu charus Anglis, optime Principum,
Te Rege pacem servat Hybernia.
Passimque Scoti gestientes
Excipiunt avidè reversum.

Jacobus Loganus.

Inclytis, O Rex, generate divis,
Scotiæ custos nimium diu absens,
Imperî fines, patriosque tandem
Vise penates.
Juppiter magni gravitate sceptri
Gaudet amotâ Cybelen & urbes
Gnosias; Delum modo fluctuantem
Visere Apollo.
Redde, Rex, lucem patriæ, benignus
It dies Scotis ubicunque fulget
Instar auroræ diadema, sacri
Splendor & oris.
Filium ut clamat precibus, nec unquam
Dimovet curvo faciem rigentem
Littori mater mare belluosum
Nave secantem:
Icta sic Regem studio fideli,
Maximum gratis animis, amore et
Debito, plusquam nimium morantem
Scotia quærit.
Lustra vertentem tria post IACOBUM
Fronde demonstrat viridi, canitque
Sylva, vertentem decorans renato
Gramina flore.
Jungere en Regis properat catervis
Musa se, æquales numeros sonare
Docta: post Regis sequitur Phalanges
Casta Minerva.
Hospes ergo adsis, Jacobe, regnans
Quâ jacit Titan radios reflexos,
Rex sui, prudens, sapiens, serenus,
Rexque suorum:
Rex avis major, tibi grata pandit
ALBION *primas teneraque cunas*
Et tibi gaudens Proavos potentes
SCOTIA *pandit.*
En sinus ut te capiat resolvit,
Se, frui paulò poterit benignè
Rege si tanto, reputans beatam
Terque quaterque.
Quis timet Maurum, metuit Sicambros?
Quis Tyrum, Pœnum, timet aut Iberum?

Ven-

Vendicat dum tam celebrem & potentem
Scotia *Regem.*
Transigens annos propriis in arvis
Quisque rus findit propriis paternum
Bubus; & mensis laticum secundis
Libat honorem.
Voce te multo sequitur meroque;
Cum suis numen, laribusque nomen
En tuum miscet, geminos vt orat
Græcia fratres.
Ferias longas vtinam Britannis,
Magne Rex, præstes, superanti & annos
Nestoris detur super astra sponsam
Vivere vitam.

NVnc voce, & prece debita,
Nunc gratis animis & studio pio;
REGI *propitium DEVM*
Placate, incolumis qui redit Anglię
A terrâ in patriam vltimâ:
Signetur niueâ hæc fausta dies notâ.
Veris sit vice libera
Terra astricta hiemis frigore & imbribus
Annos mortua Scotia
Bis septem, ex reditu Principis inclyti
Vivit: quâ Patriæ lyrâ
Patrem commemorem? Laude Britanniæ
Qua Regem recinam? Decus
Terrarum, Boreæ carmine gloriam
Quo dicam? Attilium fide,
Cultu Pompilium; Pallade Pallada
Vincit: IUSTITIAM *suâ,*
VIRTUTEM *propriis vincit & artibus.*
Orbis quî mediter facem
Cœlis inferere & consilio Jovæ?
Quis Martem meritò efferet
Loricâ, aut tunicâ indutum adamantinâ?
Quis mirabitur vnicum
Trojæ *Merionem pulvere squalidum?*
Ipsis numinibus parem
IACOBUM *superis quis satis efferet?*
Regis quis celebres labor
Virtutes referet, curaque Scotiæ,
Aut quæ cura Britanniæ,
Plenis muneribus vel titulis satis
Æternet? tua Scotia
Sentit quid valeas maxime Principum
Quos Phœbi orbita circuit.
Sentire, ast alii exponere non licet.
Est per te domitum nefas:
Te solo incolumi luxuriat pecus
Per campum viridem, procul
Damno: Rura Ceres, Ruraq; fausta
Nutrit: per volat æquora
Mercator: lituus, bellaque matribus
Detesta silent: diu
Interfis populo, O vita Britanniæ,
Faxit veriloquus DEVS,
Et serius penetres aurea sidera.

INTE *sperabat, spirabat* Scotia, *& in te*
Sperat adhuc, in te Scotia *spirat adhuc.*
In te dum spirat sperat meliora, caducam
Nec spem dum spiras Scotia *habere potest.*
Georgius Synserfius.

Scotia vel solis Regis natalitiis sola felix.

Justitiæ ac pietatis amans REX, *vita, salusque,*
Cor, Caput, is solus omnia & est populo.

Omnia terra ferens habet aurea ſæcula: dici
Aurea ſæcla tenens ſola beata poteſt:
Quæ te produxit tulit omnia Scotia: *dici*
Sola ergò in terris terra beata poteſt.

Ad Regem acerrimum Regię poteſtatis vindicem.

QUantùm alias ſuperant ſortes diademata,
Supra alios Reges lucida gẽma micas. (tantũ
Nam quæ alii debent ceptris munimina Re
Illa enſes Regum, purpura, ſceptra tibi. (ges
Ferguſius *regni, Imperii ſit* Cęſar, *at omnis*
Imperii & Regni Conditor unus eris.

JACOBI currus triumphalis & TRAIANI.

I, numera, Traiane, ſatas in ſanguine lauros,
Quas priùs urbs emit, quã tibi Roma dedit
Circumverte oculos cernes quanti emerit Ho-
Sic pingit ſortem currus utramq; tuus. (ſtis,
Tu jacta ex orbis (Rex magne) ſalute triumphos,
Orbis, cui te non charior ipſa Salus.
Continuatus adhuc fluxit tua vita triumphus,
Sic ſine cæde beans orbis utrumque latus:
Quid mirum? in ſolido nam currus vertitur auro,
Quem dubiæ ſortis neſcia dextra regit.
Dum pro axe eſt pietas, animi moderamen habenæ,
Pro Bijugis mentis candor, & orbis amor.
De orbe armis domito Cæſar, *Tu de tribus orbis*
(Perfidiâ, Invidiâ, ac Impietate) malis.

Salve & Vale Patriæ ad REGEM.

COnjuge ut exultat longo poſt tempore viſo
Quæ jacuit viduo caſta marita thoro:
Sic ades, O Rex magne, mihi gratiſſimus;
Rara tui, vitæ gloria ſola meæ. (æui
Amplexus ne ſolve meos, chariſſime conjunx,
Eia mane quid abis? tu, mea vita mane.
Sed ſi aliud poſcat ſuperis tibi credita cura,
Vtile quod tibi ſit ferre neceſſe mihi eſt:
Ergo neceſſe tibi ſit quod mihi & utile, & illic
Curâ & amore moræ vincito damna tuæ.
Sponſam abſenſque putes quod tangere poſſit amantem
Quicquid ſollicitus fingere novit amor.

De ingreſſu Regis in SCOTIAM 13 Maii
Quo die SOL clariſſimus illuxit.

VT primùm Patriæ tetigiſti limina, Phœbi
Eſt ſibi viſa novi Patria luce frui.
Vidit & indoluit Phœbus, dolor arſit in iræ
Certantem lucem vincere luce tuam.
Dum epotat nubes, ventos diſpellit, & auro
Depingit radios, multiplicatque ſuos;
En tibi cedit adhuc: merſum nox nulla ſecuta eſt,
Sic IACOBI uno lumine mundus ovat:
Cætera riſerunt quæ accendit ſidera Phœbus,
Quòd caderet dextrâ Phœbus & ipſe tuâ.
Queis ille; Ætherei ſum lux ego luminis; ille
Sed ſuper-æthereæ ſplendet imago facis.

ROBERTUS BALCANQUALL.

LAnguida vivifico Phœbi ſpoliata nitore
Emoritur Clytie, luctum teſtata ruente
In terram capitis nodo, dum pulchra reſurgat
Tithoni croceum linquens Aurora cubile,
Tum ſinuata hilari diſtendit brachia vultu,
Et tota optati Solis complexibus hæret.
SCOTIA non aliter placidi, Rex maxime, vultus
Aſpectu viduata tui mœrore per annos
Ter quinos confecta jacet, ſemperque jaceret
Obruta, ni nitidos oculos faciemque ſerenam
Cernere fas tandem foret, ut ſurgentia ſolis
Lumina queis feſſos artus moribundaque membra
Noſtra foves, triſtique tuos à morte reducis.
Salve igitur multùm, Regum Rex maxime, ſalvus
Ingredere optatam Patriam, ſalvuſque reviſe
Quæ loca grata tibi, felix terrâque, marique,
Aeternumque tuos & te diadema coronet.

QUanta animæ humano virtus in corpore, tanta
Principis in regno cernitur eſſe ſuo:
Illa velut præſens corpus vegetatq; fovetq;
Illâ abeunte, putres hoc abit in cineres.
Sic ubi feſta micat Regis præſentia regno,
Omnia vivifico fœta calore vigent:
Illa ubi conceſſit fatis abrepta ſiniſtris,
Omnia tabifico merſa dolore labant:

Quod tu ſollicitâ tecum dum mente revoluís,
Ecce tuum pectus regia cura ſubit;
Languentem vt patriam, triſtique in morte natantem
Lethiferís præſens fluctibus eripias.
Hoc ſtudio ſuperas faſtidia longa viarum:
Hoc ſtudio ſumptus exuperaſque graues;
Vnica dum patriæ tete anxia cura remordet,
Quam properas radiís lenè fovere tuís.
Ecce igitur patriís Rex optatiſſime Scotis
Imber vt æſtiuo ſidere gratus ades.
Quique ſalutifero revocaſti lumine vitam,
Non minùs ac dulcís vita cupitus ades.

Iacobus Scotus.

CONCLUSIO.

CARMINA *gratantur quæ te, Rex Magne, reverſum,*
Hæc qui noſtra velut nimium temeraria damnat,
Quòd ſe deliciís nudataque diuite cultu
(Quo nituiſſe decet Regis ſubitura verendos
Aſpectus, toto radiat qui maximus orbe)
Dent oculís luſtranda tuis, conſideret idem
Te procul a nobís jam per tria luſtra remotum,
Enthea qui præſens rapiebas pectora Phœbus
Tempore quo fœcunda priùs præcordia marcent,
Priſcus & ingenii penitùs deferbuit ardor.
At verò vt ſuperís devotâ mente litatur
Plenius, ac ſi mille Boum pinguedine opimâ
Fumidus excelſum conſcendat in æthera nidor:
Tu quoque qui ſummum clara pietate Tonantem
Et bonitate refers, animi hæc exilia grati
Pignora, nulla tenet noſtras dubitatio mentes
Quin animo accipias facili, vultuque ſereno.
Gratia ne meriti pereat ve evanida tanti,
Nos ſine fine piís onerabimus æthera votís
Excubet vt ſacrum Numen tibi pervigil vſque;
Neſtorís & longos clemens indulgeat annos:
Totque tuum cinxêre caput quæ inſigne coronís
Æternam in cœlís addat poſt fata coronam.

FINIS.

THE KINGS MAIESTIE CAME TO HIS PALACE OF FALKLAND THE XIX. DAY OF MAY,

Where was preſented to his M. this Poëme following.

ΣΥΝΕΥΦΡΑΝΤΗΡΙΟΝ.

PHœbe vale, voſque una olim mea cura ſorores
Ite novem: Vanis veſtra haud ego numina votis
Solicitare paro: nec jam deſerta per alta
Parnaſſi me raptat opis ſpes indiga veſtræ.
Quippe alium facili divertitur orbita clivo.
Ad Phœbum, cujus facies mihi reddita, anhelo
Acreis neſcio quos ſtimulos ſub pectore verſat.
Ægide conſpecta, ferali ac Gorgonis ore
Diriguere homines in ſaxa, at ſaxea corda
Molliat hæc facies, atque enthea ſenſa miniſtret.
O dilecta Deo facies! cui Jupiter ipſe
Ceſſerit, æthereâ vultus ut luce coruſcos
Indueret; Semeleque iſtos rediviva repoſcat.
Ergò te hic ſiſtis reducem REX *magne? tueri*
Ora datum? & notas audire & reddere voces?
Optatam O lucem toties! quâ nulla reluxit
Candidior, ne tum domitâ Babylone ſuperbâ
Magnus Alexander magni cum flexit habenas
Orbis, & extremos ſua ſceptra extendit ad Indos.
Namque licet compos tanti moderaminis, illum
Attamen haud iterum poſt tot repetita trophæa
Dii voluere unquam patrios inviſere fines.
Numen at ecce tibi conceſſit, ut ante ſenectæ
Stamina quàm ſeræ tibi Clotho emenſa, reviſas

Majorum, ætatisque tuæ incunabula prima.
Ergo veni, amplexare tuos, vlnisque tuorum
Amplexari aveas, magnorum ô maxime Regum.
Nec verò allicimus tam opibus, Gangetica tellus
Quas fundit; donisve Ophyre quæ flava caminis
Excoquit Eois, vel quæ Tagus aurifer amnis
In mare purpureum rapidis devolvit arenis:
Quâm fidæ haud corruptum unquam libamus amorem
Mentis; & hoc patrem patriæ te amplectimur vno.
Quin sua tela licet jamjam mors sæva minetur,
Haud nocitura tamen te viso: conjugis vmbram
Laodamia sui sic pressit, lætaque vitam
Exhalasse viri memoratur imagine capta.
Quid vero amplexus petimus tanti hospitis? eheu
Vota retractamus: Patriæ nam fumus Vlyssi
Gratior illecebris etsi Lotique, Deæque,
Solis inaccessos habitat quæ filia lucos.
Attamen amplexûs haud nostræ hæc munera sorti
Conveniunt, gemino queis vix par orbis ab axe.
Alcidæ nec enim debetur gloria tanta
Fixerit æripedem cervam licet, atque tot omnes
Sparserit in terras gravium monumenta laborum,
Quanta tibi, Rex magne; tibi cui monstra tremenda
Edomuisse datum, quæ Roma *effudit, & ipsa*
Viscera telluris nostræ: graviore periclo
Deucalionæis quam quo crevere sub vndis
Monstra ea Phœbæis quondam confixa sagittis.
Ac veluti Herculeus peregrinas alite fama
Tot liquit memoranda labos documenta per oras:
Haud secus hinc totum virtus tua fusa per orbem.
Sint Batavi, Bataviſque hostis sit Iberia testis,
Sitque omnis Rheni tractus, quaque alta fluenta
Vistula tot riguos spatiosè effundit in agros.
Et magna Hadriaci Veneti vos gloria ponti,
Vos (quod in hunc toties oculos atque ora referre
Publica res moneat) vos inquam appello, fidemque
Vestram illam, quâm non populos modo flexerit, at quàm
Et reges regat hic, & quàm unus mole sua stet.
Non ita Tantalides juratos Aulide Graiûm
Tot reges, regumque atavos, regumque nepotes

Enit-

Enituit ſupra, ſolio ſubnixus eburno:
Aut domus omnipotens cœli cùm panditur, almus
Inter permiſtos divis Heroas ab alto
Jupiter, *& totum nutu cùm concutit orbem:*
Qualis, conſilio regum procerumque coacto,
Progenie hinc, bis ſæcla decem, numerataque faſtis
Quam tot avorum effert ſeries longiſſima regum:
Hinc veri atque æqui ſolerti indagine, Phœbus
Quos videt, hic reges unius ſupereminet omnes.
Scilicet is, digno virtus quæ principe digna,
Quid jus faſque ferant, ſuus & qui Regibus altis
Conſtet honos, magna proclamat voce per omnes
Terræ oras, ſopitque ignes, quos monſtra pararunt
Igneo ab Ignati qnibus ordine fluxit origo
Monſtra, quibus non Armeniæ deſerta peragrat
Sanguinis innocui Tigris ſitientior ulla.
Blanda quidem ſpecie; ſed ſi penetralia mentis
Pervia, ſerpentum pateant ſpiramina mille,
Mille nocendi artes, quibus haud requies ve modus ve.
Illa Deus ſuperæ contemptum lucis ut ætas
Noſtra luat, ſtygiis emergere pignora Noctis
Sedibus eſt paſſus: dedit hæc canis ora trifaucis,
Argi oculos, cervique aures, unguesque Celænus,
Eumenidumque alas, ac qui tegit omnia vultum
Ambiguum Protei, nunc hunc, nunc protinus illum.
At quamcumque novent faciem, quamcumque figuram
Pectoris induerint, manet, æternumque manebit
Conſilium hoc, Reges ſcelerato exſcindere ferro.
At verò Calais Zetheſque ut, ſydere fauſto
Pulchra ſatos Borea quos edidit Orithya,
Obſcœnas diraſque procul, Phineia menſa
Vt fœda ſine labe foret, pepulere volucres:
Haud aliter, Rex Magne, Aquilo, Septemque triones
Tergemino cujus jactant ſe ſubdere colla
Imperio, Harpyas, Roma indignante, rapaces
Has procul exegiſti, atque hæc tibi monſtra ſubacta
Ingenii felicis acumine, quod tibi in uno
Te ornando ſese major Tritonia Pallas
Annuit, & ſacrant divini oracula verbi
Noctes atque dies quæ dum perpendis, & acri

Judicio rimaris, abis ad tempora priſca,
Teque tuere horum exemplo, ſive impius auras
Arrius ad ſuperas remeet, Phlegetonte relicto;
Seu nova procudant alii ſua dogmata, ſectas
Vt foveant: quæ (proh!) tot ſuccrevere, quot vſquam
Pæne vrbes ſacra lotæ Baptismatis vnda.
Hinc fera bella movent, & dum concurrere ferro
Sic properant, ferrum cognata in viscera condunt.
Haud secus ex anguis Cadmæi dentibus orti,
Quos ve ita prognatos mirata eſt Colchica tellus
Fraternis in se versi cecidere sub armis.
Interea quorum eſt tantos componere motus
Reges non id agunt, poſito vt certamine, CHRISTI
Myſtica membra optent corpus coalescere in vnum.
Aſt aliæ hos agitant curæ, quin flamma perennè
Duret ut iſta, adhibent ſtudiumque operamque perennem.
Tu verò antiqui ad fidei primæva reducis
Dogmata. & vnire hæc conaris ovilia ſparsa.
Dum non paſtores sequeris quos devius error
Noxia diducit per pascua, nuda ſed vſque
CHRISTI, ſanctorumque premis veſtigia patrum.
O ſi consocies! non cluso limine Jani
Auguſtus, tanto non Conſtantinus honore
Magnus se jactet, quantum virtutibus addet
Hoc meritum, meritisque tuis hæc maxima virtus.
Nec Conſtantino tot pectoris indita quondam
Munera, quot tibi ſunt præſtò ſi expendere sæcla
Hæc perversa ſinant; quæ bella, heu horrida bella
Irrequieto agitant animo: pacisque recidunt
Semina prima, unam mentem, & cor cælitus unum.
Sed pacis ſtudiosus amor, sed dextera semper
Innocua, ac mentis seu vis illa inſita, rerum
Seu longo collecta uſu prudentia certant
Te decorare adeo, ut dubium diademate Rex ſis
Major an ingenio: quo non ſpecioſior ardet
Chryſolithus, quamvis nativo interlitus auro.
Namque illud tanta illuſtrat clementia, ut ipſos
Vel hoſtes ſuper irradiet, licet obvia ab ortu
Et gravia & vicibus repetita pericula multis.
Tuque adeo Rex magne agedum, ſic perge, nec auſus

Imped-

Impediant ſanctos male ſana ac hoſtica paſſim
Conſilia, aut quæ dira fovent molimina vota.
Si Deus haud contra, quis contra inſurgere tentet?
Ille tuos hoſtes ceu cera liqueſcit ab igne,
Coctilis in ſcrupos & teſta reſolvitur, omnes
Conteret, atque ſuæ nectent ſibi retia pœnæ.
Extera ſi regna hæc concordia fœdera pacis
Reſpuerint peritura ſui, ut Narciſſus, amore:
Perge tamen, Rex, perge tuos vnire; nec ullæ
Relliquiæ invidiæ ſubſint veterumve malorum.
Inque vnum cœtum & leges coëamus in unas.
Hinc, veluti quę multa virûm jam ſæcula vicit
Viſceribus terræ penitus defigitur arbos,
Brachiaque extendit, quæ non ſuperare vel Auſtri
Præcipites valeant, vel fulminis alitis iræ:
Sic vinclo hoc CHRISTI *ſacro-ſancta Eccleſia (poſtquã*
Reddita bello, Anglus cujus pars magna futuræ
Grata rudimenta & primordia pacis amica
Belliger exhibuit,) ſolido fundamine ſedes
Hîc poſitura ſuas, ſi te tria regna ſub uno
Fœdera amicitiæ tandem hæc initura perennis.
En tota hæc mundi compages nonne parentis
Vnio naturæ eſt, gremio dum pontus opaco
Se terræ inſinuat, dumque oſcula mutua captat?
Hinc unum in celeri decurrunt flumina lapſu
Oceanum, oceanus refluas poſt egerit vndas.
Curſuſque his variant vicibus, variantque recurſus:
Hæc elementa fovens aër ſe expandit ad omnes
Terraſque tractuſque maris, genitalis & inde
Humor, & inde hominum ac pecudum, vitæq; volantum:
At cœli hos campos liquidos en axis uterque
Excipit amplexu. Tanta eſt concordia rerum.
Complexus divelle iſtos, luxataque fiant
Membra, hæ congeneres partes, en protinus omnis
In Chaos antiquum reditura hæc machina Mundi.
Sic rerum Natura parens his nexibus omnes
Mollit, & in noſtrum penitus conſpirat amorem.
Tum ſedes una eſt, uno circumſona ponto,
Vni hoſtes, uno ſociique ligamine pacis
Evincti, atque una hæc arctoi climatis aura,

Vna & lingua, atque una fides, DEVS unus, & unus
REX, *decus atque tui meritò pars maxima regni.*
Quæ vero comitum, quæ tanta hæc turba tuorum?
Saxonidûm *profecti arvis? ipſique vetuſta*
Saxonidûm *de gente, tuis en,* SCOTIA, *regnis*
Succedunt? ſtabiliſque tibi quin pacis olivam
Prætendunt inſigne manu, quæ ſpicula vibrans
Olim acie inſtructa, noſtroque imbuta cruore,
Fortunam hic belli toties experta viceſque eſt.
Tum vero alternis certatum eſt cladibus, eheu!
Devotaſque animas morti per tela, per hoſtes
Dum ruere approperant, non flentis ab ubere matris
Pignora flexerunt, non charæ conjugis ulli
Amplexus, non arva ſuis viduata colonis.
Heu deſolatas urbes! heu conjuge caſſas
Tot viduas, charis pueroſque parentibus orbos.
Alme pater talem hinc noſtris avertito peſtem
Finibus: & pacem divino robore firmans
Hunc lætum Scotiſque *diem,* Tameſique *profectis*
Eſſe velis, noſtroſque hujus meminiſſe nepotes.
Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Cornu
Copia. Magnanimos namque haud furibunda flagello
Sanguinea Bellona duces jam poſcit ad arma,
Teſſera non cædit ſignum, non flumina inundant
Sanguine: ſed poſitis armis in ſæcla recurrunt
Aurea, & æternis firmiſſima fundamentis.
Sic eat, atque hilares libeat tranſmittere ludo
Hinc noctes atque inde dies. Juvat, en juvat alta
Pervolitare juga, aut vaſto qua ſævus in antro
Abdit aper catulos. Sic poſcit odora canum vis,
Et lato, Rex magne, tua hęc venabula ferro,
Quæque feras reddit faciles hęc mitior auræ
Temperies, atque avidis jam ſubdita flamma medullis.
Nam Venus ut blandum inſpiret per pectora amorem
Nunc Paphon, Idaliumque ſuum, nunc alta Cythera
Linquens, nota ſubit placidè ſpelęa ferarum:
Quas actas cęcis ſtimulis tibi, Maxime Regum,
Cogit ovans, raucos renovant dum cornua flatus:
Montium & aſſenſu vox ingeminata remugit.
Saltibus ecce etiam Fauni, Dryadeſque relictis,

Virgin

Virgineiſque choris accedit Delia cincta,
Delia quæ mœrens, te nempe abſente, tot annos
Spreverat arma ſuis nimium deſueta triumphis.
At comitum è latebris aliæ pavitantia turbant
Agmina cervorum jaculo, convallibus imis
Præcipitant aliæ, celeri juga ſumma volatu
Contendunt ſuperare aliæ. Simul emicat ardens
Venator, curſuque leves prævertitur Euros,
Nec prius abſiſtit quàm fixus arundine cervus,
Quiſquis is, in vacuis moribundus concidat arvis.
His ubi finis erit tandem, REX *optime, luſtra*
Tellurem patriam quoquo veſtigia flectes,
Quoquo oculos, pars nulla tuis non inclyta faſtis
Oſtentat monumenta. Aquilæ hîc, Romanaque ſigna
Ceſſere: Hîc Dano de ingenti erecta trophæa:
Vltima & in cineres collapſa hic gloria Pictis:
Brittonum at inde plaga eſt triſti commiſſa duello
Vtraque, quæ cædes mente averſata priores
Ingenua pacem vnanimi jam pectore ſpirat:
Hanc Reges ſtatuiſſe vrbem dicuntur: at iſta
Nobilitant Regum cineres maneſque ſepulchra:
Hîc rurſus cunæque, Lareſque, & chara Penates
Numina, quæ primæ quondam tibi conſcia lucis:
Hîc poſtquam firmata virum te fecerat ætas
Exeruit tua ſe virtus, verique laboris
Fortuna, uſque adeo totum celebrata per orbem.
Sic oculos Rex paſce, vrget breve labilis ævi
Curriculum, ſeroſque ſeni quæ lubricat annos
Canities: niſi fors primos Jolaus ad annos,
Vt rediit dubia tectis lanugine malis,
Hoc cœli tractu, puro hoc natalis & hauſtu
Aëris, addat idem Junonia muneris Hebe.
Et plenis renovata fluant tibi ſtamina fuſis.
Sicque vtinam eveniat. Memor iſta volubilis ætas
Quàm tamen, hæc tanquam nunquam hinc cernenda per æ-
Dum licet, hauri oculis avidis. Huc pompa Deorum(vum
Invitat. Neptunus equos, claſſeſque, viriles
Mars animos: ſegeteſque Ceres, Nymphæque ſalubres
Dant fontes, altis & flumina montibus orta,
Sive Caledoniis *decurrant finibus, aucta*

Grampius hæc cano ceu vertice fundat, ut oras
Lambat Abredoniæ; *quippe addictiſsima* REGI
Iſta ſuo, & reliquas ſupra officioſa ſorores,
Illæ uſque officiis celebres licet omnibus omnes.
Vin' flores? rident horti hinc, hinc prata corollas
Dum calathis ſua dona legunt nectuntque Napæę.
Quin ipſa invitat cœli indulgentia, amicè
Cunctaque conſpirant elementa, tepentibus auris
Laxant arva ſinus, atque omnis ubique reſedit
Flatus, ut æquoreis placidè ſe attemperet undis.
Tum natalitiam veluti ſi læta novarent
Fata tibi lucem (Livor depaverit atris
Se licet in tenebris,) totas delubra per urbes
Lætitiam, plauſusque patrum, populique ſecundos
More novo ingeminant, dum ſydera voce laceſſunt
Cum teneris pueri, matreſque, nurusque puellis.
Edocturi inter menſas veſtigia quondam
Quę tua, quas ve ingens urbes impleveris hoſpes.
Quin adeo tenuis ſi quondam rura Molorchi
Alcidæ, magno quamvis Jovis *incremento,*
Sique ipſi placuere Jovi *tua tecta Philęmon;*
SCOTIA *nonne tibi placeat tua, Maxime Regum?*
Dives agris, opibuſque potens, quas exigit uſus
Vitæ etiam illuſtris: magis eſt opulenta, ſuperne
Quę tibi conceſſa eſt, vita: tu gloria noſtra,
Tu gazæ, noſtrumque tuo fulgore coronas
Fulgorem, laudeſque quibus Mavortia gaudent
Pectora aut indigenis. Nam nos & noſtra tot illa
Oppida munitę haud turres, haud ardua cingunt
Mœnia, ſed dextrę Spartanę, vincula fœdè,
Teſte vel invidiâ, nunquam ſervilia paſſę.
Quid? victi an vinci potuere? an cedere pulſi
Scotigenæ? *quorum vires atque inclyta geſta*
Aggeribus foſſiſque ipſa eſt cohibere coacta
Roma, *ea quę Parthis injecit fręna ſuperbis.*
Libera colla jugo: tibi ſic dat ſubdita regi,
Vt roſea ſeu luce dies retegatur, opacis
Seu tenebris nitidam nox lucem involverit atra,
Iſtis nulla domus non compleat ęthera votis.
En nos ſumme parens vitęque neciſque poteſtas

Quem

Quem penes eſt unum, meritas tibi ſolvimus uni
Ore animoque uno grates: quòd veſcimur aurâ
Vitali, quòd amica tegit Concordia pennís
Hæc niveís tua regna, procul diſcordibus armís;
Quòd pia ſacrati ſequimur compendia verbi,
Muneris uſque tui totum eſt: tu fautor & autor.
Quippe illum incolumem præſtas, quo ſoſpite ſoſpes
Publica res, labente labat, tractura ruinam
Cum ſonitu ingentem. Quæ ne Pater optime vincat
Hæc retro in pejus vergentia ſæcla tuorum
Da Pater, ô votís. Atque ut virtutís imago
Et Regum exemplar vivum Rex omine dextro
Hactenus hoc molitus iter, ſic ſalvus & uſque
Auſpiciis lætis fauſtum hinc iter omne revolvat,
Et longum, at dulcís patriæ memor, exigat ævum.

DAVID WEDDERBURNUS,
Abredonenſis.

THE KINGS MAIESTIE CAME TO *KINAIRD* ON THURISDAY THE XXII OF MAY,

Where was preſented to his M. this ſubſequent Poëme.

Augustißimo, ter felici,

IACOBO MAGNÆ BRITANNIAE, FRANCIAE, ET HIBERNIAE MONARCHAE: *Fidei Defenſ.* &c.

SI PRO TUIS IN HOC ÆVUM meritis, & ingenitâ illâ virtute, quæ non alibi altiores egit radices quàm in iſto pectore,

Auguſtißime Monarcha,

paria à *Muſis* retribuerentur præmia: aut ſi de ſe hoc polliceri poſſet *Apollo*, ut egregii Principis egregias laudes ſtylo ſatis digno, & encomiis non intermorituris, ab omni oblivionis vindicare injuriâ auderet: immemor ego omnino mei eſſem, & propè jam *Libitinæ* hoſtia, ſi non in hanc arenam lubentiſſimo animo primus deſcenderem. Verùm quum in ipſo ſtatim conatuum meorum limine, expectationi huic nihil reſpondere vidiſſem, ſpem penitus omnem abjeci; & inſolito virtutum tuarum fulgore confuſus, *Harpocraticum* mihi planè ſilentium ad præſens indixi: qui ſi quid in me virium comperiſſem, non ſtimulis ad hoc urgendus, ſed potius ſufflaminandus fuiſſem. Interim, ne prorſus ἀσύμβολος, illum ad S. T^m. M^m. mitto, qui deſiderium meum in hoc ex aliquâ parte impræſentiarum leniat; & quod ego vix ſperare auſim, effectum planiſſimè reddat, NEMINEM intelligo, qui ſolus apud omnes invenitur tanto oneri ſubeundo non ineptus. Ille enim unus te digna canet; ille pectus illud omnibus pervium *Gratiis*, & ipsâ humanitate humanius, uſque ad *Invidiæ* ringentis dolorem apertiſſimè delineabit, Nec eſt quod Reipublicæ curam excuſes, aut quòd

Tu tot ſuſtineas & tanta pericula ſolus:

NEMO enim pro te illud onus quantumvis maximum humeris ſuis ſubibit. Quid, quòd huic ſemper & ubique vaces? nec unquam excluſeris, aut à conſpectu, & amabili tui amplexu abduxeris; Intempeſtivum fortaſſis Aug^me. M. dixeris, abſit. Ecquis enim quæſo hanc illi infamię notam inuſſit? quum mitis, placidus, magnanimus, generoſus, & ut συμπάθω dicam, verus ſit omnium virtutum Antiſtes, tuique ſolius ſimillimus. Accipe ergo S. P. quâ, & alia ſoles, fronte, NEMINEM hunc inopem (crede mihi) ſui, ſed cui tu ſi favere dignabere, nec corporis, nec animæ expertem futurum. Ita quidem venturum certiſſimè hariolor: nec unquam aliud à tam *Muſis* favente *Apolline* expectavero.

NEMO

VErane te facies, (*magni suprema* Tonantis
Cura) *mihi ante oculos clara modo luce videndum*
Obtulit? an veri species delusit amantem?
At certè si fas superos vidisse sine ullo
Crimine mortali, vidi, vidi ipse micantes
Sideribus similes oculos JACOBE: *decusque*
Oris & æternos radiat æ frontis honores.
O mihi si totas Helicon *indulgeat undas!*
O Phœbi *delubra adeam! O si* Delphica *plenis*
Serta feram calathis! jam quum nova sæcula cernam
Surgere, falciferique Dei redeuntia regna.
Non ignota cano, gelidi caluere Triones,
Ocyor ignavus sequitur sua plaustra Bootes;
Et concreta diu liquuntur inhospita Ponti
Frigora per gelidos multùm indurata Decembres.
Scilicet & superum tangunt mortalia mentes.
Nec sorte, O REX *magne, fluunt hæc infima, spectat*
Gaudia nostra DEUS *medio sublimis Olympo*
Te præsente uno, quo se tam SCOTIA *jactat*
Quàm Jove Creta *suo*, Cadmi *quàm regia* Baccho,
Quàm Delos *gemino* Latonę *turgida partu.*
Aspicis ut reliquos super Acro-Levinia *montes*
Surgat? & aëreos fratrum stipante caterva
Ostentet vultus cœlo sublimis Ochellus?
Aspicis ut gelidi exultent juga ninguida Grampi,
Et pluvium plus ferre Jovem, Boreamque *recusent?*
Aspicis ut fusæ per devia rura Napæę
Florentes calathis violas & lilia portent?
Vtque super vitreas Nymphæ Fortheides *undas*
Extent nutricum tenus? & Doneides *udæ*
Effingant varium liquido sub gurgite lusum,
Mollia per medias jactantes brachia gemmas?
Ipsa Cithoriaco *quoties tibi pectine* Tellus
Diduxit canos rugosa à fronte capillos?

Et voluit si non meruit formosa videri?
Se perlucenti qnoties velavit amictu
Læta genas Zephyri *conjunx, & flava capillos:*
Fallor Apollineos *an quæ modo laurea vultus*
Cingebat, tibi visa quati: chordæque movere
Sponte quod attentas dulcedine molliat aures.
Quicquid id est nitidæ tibi sese, JACOBE, *Camœnæ*
Exornant. tibi serta ferunt, queis vertice cœlum
Sublimi ferius vates generosus, & omni
Invidiâ major, viden' ut simul exiluere?
Et modò præstrinxere oculos fulgore coruſco?
Non temere exiluere, at habent memorabile quod sit.
Sume igitur tibi quæ Maii *nova dona calendis*
Approperant, dum vernat humus, dum gramine in omni
Sudat acum variante manu Zepherëia Chloris,
Dumq; tibi in densa sylvarum Daulias *umbra*
Nobile de tenui deducens gutture carmen
Mille modos variat, certè jam pulchrior annus,
Et rerum melior redeunti arridet imago;
Interea doctas paulùm hæc tibi mulceat aures
Fistula, & ingentem testetur carmine amorem
Exiguo, ne sperne precor, non vilia rerum,
Furta Jovis, *profugumque senem,* Corybantiaque *æra,*
Aut de Caucasea pendentem rupe Prometheum,
Aut quo Deucaleon *de culmine spreverit undas,*
Pyrrha *ve adhuc vacuum lapides jactârit in orbem,*
Sed, quæ non vatum signavit multa priorum
Orbita trita canunt. Tu tantum (ô MAGNE) *parumper*
Per te, perque tuas, tibi cognita numina, Musas,
Flecte aurem facilem: nec dedignare rogari.
NEMO *tibi canitur,* Nihil *hunc generaverat olim*
De Nihilo, *quum nondum unum glomeratus in orbem*
Mundus ubique foret: nec dum Titania *lucem*
Astra darent: medio aut pendêret in aëre Tellus
Pondere fulta suo, circumq;, infraq;, supraq;,
Suspiceret nitidi laqueata palatia cœli:
Quum nondum Maris *æquor aratum classibus, aut sub*
Marmore Carpathius *sua pasceret agmina* Proteus:
Quum nondum vacui tractus, celeresque meatus
Aëris, *aut rapidos ascendens* Cynthia *currus*

Cinge

Cingeret innocuas liquidum ſuper aëra flammas:
Sed DEVS æternâ ſese quum mente moveret,
Totum animus, totum certo ſine fine beatum,
Immortale bonum, totum omnia in omnibus unum,
Atque in quo res omnis erat, cunabula Nemo
Tempore in illo habuit; Sic digeſſere priores.
Nemo *ortum fuit ante ſuum (mirabile dictu!),*
Quoque die dulces vitai luminis auras
Hauſit, primùm oculis tantum ſe præbuit orbi
Spectandum, quantum eſſe ferunt: en aſpice corpus
Neminis, *& validos ingentia membra lacertos,*
Centimanum credas robuſto e ſanguine fratrum,
Cyclopumve *aliquem, tantum ſe attollit, & altis*
Emicat aſſurgens humeris ſpecioſus, & omni
Parte trabens oculos in ſe, ſpectantiaque ora.
Sunt quoque principio qui illum dixere ſine ullo,
Et neque venturi claudendum legibus ævi;
Quicquid id eſt, Nemo *uſque* Iovi *par eſſe videtur.*
Quicquid id eſt (ſuperi nec fortè negabitis unquam,
Haud ſcelus eſt verbis) Nemo *eſt* Iove *celſior ipſo,*
Vlterius neque enim ire datum. Nemo *omnia ubique*
Eſſe ſimul potis eſt, vir, fœmina, neutrum, & utrumque
Proteaque *ambiguis varium prævertere formis.*
Nemine *quid mirabilius? ſine corpore corpus;*
Abſque pedum officio graditur; ſine lumine cernit;
Abſque manu quod vis prendit; ſine dentibus ullis,
Gutture, vel ſtomacho frangitque alimenta, coquitque.
Dum dormit, vigilat; ridet dum flere putares;
Eſuriens ſatur eſt; medio multùm alget in æſtu.
Threïcias animas greſſu Teſtudinis anteit.
Nuſquam & ubique manet; volitat ſine remige penna;
Auris ei non ulla, audit tamen omnia Nemo.
Non lingua, at loquitur; non naris, at haurit odores;
Non mens eſt, ſecum at rectè ſine mente revolvit,
Qua deceat, qua non ſapientem viuere lege.
Adde quòd immenſi Nemo *extra mœnia mundi*
Quum libuit ſtabili figat veſtigia plantâ:
Nemo Erebi *regem, conjuratoſque tumultus*
In commune ſcelus, ſuperis de ſedibus ire in
Tartara *præcipiti vidit per inane rotatu.*

Obſtupuitque alios medias hæſiſſe per auras,
Hos pelagi, hos terræ cæcas ſubiiſſe cavernas.
Nemo *horum inſidias*, Nemo *horum retia rara*
Tenſa ſibi, & ſcelerum offerri fomenta novorum
Perſpicit; huic etenim nunquam Tegeatica *dulci*
Fiſtula ſopierit vigilantia lumina cantu.
Nemo *aderat viridi cùm ceſpite fuſus* Adamus
Procubuit, dulces ſpirans de pectore ſomnos;
Quumque opifex rerum lateris formaſſe ſiniſtri
Dicitur e coſta formoſos virginis artus;
Quæ vitæ comes una foret, comes una laborum,
Cumque viro curas, magnarum pondera rerum
Divideret, ſolers animi, dominumque maritum
Noſceret, atque ut amans eidem pareret amanti:
Molle animal, blandumque ſimul durumque futurum;
Illice quòd forma incautos fraudaret amantes
Senſibus, & validum ſuccenderet oſſibus ignem;
Cui fluerent flavi per eburnea colla capilli;
Altaque ſidereæ ſuperos faſtigia frontis
Suſpicerent, mixtuſque rubor candore nivali
Luderet in geminis parili moderamine malis.
Cui lætos natura oculis afflavit honores,
Egregiumque decus roſeis dedit eſſe labellis,
Felicique ſatis per pectora depluit imbre
Sithonias *formoſa nives, voluitque tumere*
Baſia debentes ſibi mille ſororia mammas.
Vincula cui cupido gratiſſima fecit amanti
Brachia, cui teretes digitos, cui lævia crura,
Et modica exiguæ finxit veſtigia plantæ.
Nemo *bonam invenit; toto quæ quæritur orbe*
Fœmina, nondum inventa omni; ſed Nemine *ab uno*
Moribus & vultu tandem perſpecta modeſto.
Non hæc artifici fictos de pixide vultus
Mutuat, ut mœchis placeat; non prodiga cultu
Incedit, cultu quo nunquam ornata, ſed addi
Parvum aliquid cupiat, plenam quo exhauriat arcam.
Non vaga & errabunda, Deo *velut ebria* Mænas,
Sed teſtudo domum ſolers operoſaque ſervans:
Parca ſatis, nec avara tamen; non ruſtica planè,
Ingenuâ ſed quæ ſit ſimplicitate probanda:

Non triſtis, nimiùmve ſevera, aut ebria cura
Sollicitum pungente animum; ſed læta, faceta:
Nec laſciva nimis, ſed lingua & mente pudica;
Sed thalamo contenta uno, caſtiſque lacertis:
Non verbis onerosa viro, non litibus ullis;
Ora ſed Hyblæis *ſolvens mellita loquelis.*
Quid deceat, quid non; quæ clam pudibunda reprêndat.
Repperit hanc Nemo, *celeri dum forte carina*
Vela daret, curſumque legens de parte ſiniſtra
Flore novas, Anglâ *dictaſque a virgine terras,*
Cubam, Hiſpaniolamque *ipſo medio æquore ſparſas;*
Terrarumque alios quos claudit America *tractus*
Præterit, & Zephyro *blandùm aſpirante ſecundo*
Prona legit maria, & pelago decurrit aperto.
Quæque ſecat curvos ſitientia prata Maragnon
Deſerit, hinc pluvium curſus deflectit ad Auſtrum;
Illic in mediis tenebris dum ſingula luſtrat,
Ignotaſque homini terras errare videtur,
Rara ubi nautarum veſtigia nota priorum,
Vidit in obſcuris ſolam hanc latitare cavernis;
Accepitque viæ comitem ſociamque laborum:
Inde tamen ſomnis actus, monitiſque Deorum
Clam ſolvit, gravidamque ſibi (ſic fama) reliquit.
Ignotaſque iterum terras Aquilonia *regna*
Perpetua clauſas glacie, ventiſque furentes,
Appulit; illa tamen ſylvas, ſaltuſque peragrat
Sola, & crudeles memorat cum Nemine *divos.*
Nemo *redi, quidnam, O, meritam nil tale relinquis?*
Quæve fugæ tibi cauſa tuæ eſt? odiive latentis?
Nemo *redi, quidenim faceres ſi peſſima rerum*
Conjugis in titulos ullis tibi legibus iſſet?
Amplecti hanc vinctis poſſes per colla lacertis?
Huic dare blanditias? huic oſcula dulcia ferre?
Credo equidem, & miſeri quæ non credemus amantes?
Nemo *malâ gaudet, ſed* Nemo *bonam immemor odit.*
Durior O chalybum venis, velocior Euris;
Horridior tribulis; rapido violentior igne;
Surdior, & pelagi multò fallacior undis;
Hellebori *ſucco,* Sardoa *& amarior herba;*
Sævior indomitis Lybica *de rupe Leænis;*

His immobilior, quæ tundunt æquora ſaxis;
Idem at ſi redeas; nec me ad mea fata relinquas,
Candidior nive, lacte novo, foliove liguſtri;
Floridior pratis, cultis formoſior hortis;
Mitior Idaliis *dum jungunt roſtra columbis;*
Mollior aut plumâ, aut maturâ in vitibus uvâ;
Levior o glacie; criſtallo purior omni;
Dulcior Hyblæo *ſtipatis nectare cellis;*
Nobilior vulſo Heſperio *de ſtipite pomo;*
Charior o gemmis, Eoo *a limite miſſis;*
Paſſere, & in pratis tenero laſcivior agno;
Gratior & Zephyri *blandâ clementior aurâ.*
Nemo *redi, formoſe redi, mea ſola voluptas.*
Hæc bona (nunc phœnix, & corvo rarior albo)
Fœmina multa queri; quum Sol *ſe promeret undis,*
Mane novo, occiduiſque iterum ſe conderet undis.
Nunc miſera hei! curis & luctiſonis lamentis
Fracta, animam liquidas tandem exhalavit in auras.
Ah Nemo, *te non gemitus, non murmura amantis,*
Non lachrymæ movere in verba extrema profuſæ.
O nimiùm felicem, omnique a parte beatum,
Si partem hanc demas; O qui ſine crimine vivis,
Si non crimen erit placidam luſiſſe puellam:
Fors tamen ille puer pharetrâ præſignis, & alis,
Ferrea vindicibus torquebit pectora telis:
Auguror: at faculas puerique Cupidinis *arcum*
Spernit, & invictum contra iſthæc ſpicula Nemo
Se gerit. Ille etenim luxum tranſcribit habendum
Et Veneris *pullis, & canis* Sardanapali:
Otiaque, ignavo queis torpent membra veterno,
Ad vacuos jubet ire animos & inertia corda.
Nemo *etenim ſtudiis unus vacat uſque Minervæ*
Indefeſſo animo, neque dulci lumina ſomno
Declinat, placidâ perfuſus membra quiete.
Sed per inane Chaos, Ditiſque *ſilentia regna,*
Vſque vigil totâ, quàm longa eſt, nocte vagatur.
Inde ubi de pelago nitidum caput auricomus Sol
Extulit, & tenebris patuerunt cuncta fugatis,
Nemo *animum exercet ſtudiis & rebus honeſtis:*
Virtuti vitium, & vitiorum alimenta malorum

Terra

Terga dare, insolitisque adigit parêre lupatis:
Hinc Nemo *in doctis* Epicuri *pallidus hortis*
Visitur, & de Socraticis *oracula chartis*
Miratur secum tacitus, scrutatur & altis
Naturæ clausus scopulis, quis temperet orbem
Spiritus, immensum quæ vis rotet enthea cœlum:
Credibile anne vnquam, perfecto temporis ævo,
Mutandum tam pulchri operis sine labe decorem
In melius, terrasque novas nova & astra futura;
An verò, sine principio quia dicitur orbis,
Temporis haud poterit spatiis constringier vllis,
Nec cariem sentire ævi; cur Luna *laboret;*
Quid tegat illustres Phœbi *radiantis ocellos;*
Menstrua Luna *novos toties cur proferat ortus;*
Et toties lateat; ruptisve e nubibus ignis
Exiliat mediis, qui horrendùm immnrmuret auris;
Vnde nives grandove cadat crepitante procella;
Vnde imber, medio suspensæ aut aëre nubes;
Euripus *refluo toties cur volvitur æstu;*
Vnde tremat tellus, rupta aut compage dehiscens
Pallentes referet fauces Acherontis, & Umbras
Terreat expulsis tenebris. Hæc singula Nemo
Naturæ assequitur monstrantis lumine solo,
Hujus & expediet validis satis argumentis.
Otia sic studiis Nemo *postponit, & altâ*
Mente diis propior, superâ rationis in aulâ
Singula sollicitis animi percurrit ocellis:
Iudicraque & vacuæ deliramenta juventæ
Fœci orbis, miseræ plebi, vappisque relinquit.
Sæpe tamen gemitus Nemo *est solatus amantis;*
Deque genis lachimas tersit salso imbre fluentes.
Testis arenoso deserta in littore Diæ,
Indomitos in corde gerens Ariadna *furores.*
Hunc etenim in thalamo trepidantibus excita somno
Prensavit manibus, Zephyro *qnum vela dedisse*
Vidit Erichthæas *animo externata carinas.*
Nemo *etenim miseros semper comitatur euntes;*
Quique audent multis caput objectare periclis.
Hoc comite edomuit juvenis Minoïa *monstra*
Cecropius, *longique premens vestigia fili*

Dædala Gortinii *ſuperavit tecta tyranni.*
Hoc comite aggrediens ſoboles Jeſſęa Goliam,
Torſit in adverſam Balearia *verbera frontem;*
Et proſtravit humi, & rorantia ſanguine multo
Ora Philiſtæâ *præfixit cuſpide; inermis*
Ipſe, ſed æternæ defenſus robore dextræ.
Nemo *tibi* Alcide *diram comes ibat in* Hydram.
Nemo Cleoneum *docuit proſtraſſe Leonem.*
Neminis *auxilio* Stimphalia *turba volucres,*
Buſiriſque *tibi domitus jacet* Elis *ab illo,*
Partheniumque *nemus, tauruſque & paſtor* Iberus,
Et Canis *ætherias cùm primùm miſſus in auras,*
Et metuendus aper, Thracis præſepia, & auro
Baltheus *inſignis, ſævuſque* Antæus *ab illo*
Augię ſtabulum, *cœlum, fuſique bimembres,*
Aureaque Heſperios *radiantia mala per hortos*
Extollunt ſine fine tuum ſuper æthera nomen.
Terruit Enceladum Nemo, Rhęciumq;, Mimamque
Centimanoſque alios, Cœlo quum tota relicto
Ad ſeptemgemini fugeret divergia Nili
Turba Deûm, metuens pariterque ingentia turpi
Terga dediſſe fugæ, ſtans *obtutu ipſe coegit*
Terribili, & nullâ mentitus membra figurâ.
Nemo *ducem* Phrygium, *& comitem conſpexit* Achatē,
Obſcurâ ſeptos nebulâ, dum ſingula rerum
Explorant taciti, & captas Carthaginis *arces*
Mirantur. Nemo *galeæ fulgentis honore*
Conſpicuum indutumque Cyclopea *munera vidit*
Illum, cui nigri famulatur regia Averni.
Nemo *olim excuſſo fertur* Phaëtonte *quadrigis*
Lora manu volucrum ignotus moderator equorum
Corripuiſſe, diemque unum rexiſſe jugales.
Nemo *olim æquoreis fertur vixiſſe ſub undis,*
Quum genus humanum penitus ſubmergere ponto
Fixum animo ſuperûm Regi immotumque ſederet.
Nemo *olim* Paradiſiacis *permanſit in hortis,*
Quum fugeret ſancti violatâ Lege parentis,
Aligero claudente aditum, cum conjuge Adamus.
Et tibi Nemo *oculos* Siculi *ſub fornice ſaxi*
Eruit, Argolico *madidus dum forte* Lyeo

Viſcer-

Viſceribuſque hominum, ſatur, ô Polypheme, *jaceres.*
Non huic Tydides, *quamvis læſiſſe* Dionem
Dicitur, & belli fulmen Salaminius Ajax,
Non Pelei *ſoboles, non huic Priameïus* Hector,
Aut quos magnanimos Calpe *ſpectavit &* Indus
Certarint; non ipſe humeris qui pondera Cœli
Suſtulit, & totum domuit fera monſtra per orbem.
Fas etiam Nemo, Nemo *juſtumque piumque*
Curat, Nemo *fidem ſervat, non fictus amico*
Nemo *dolis & fraude malaque haud vtitur arte.*
Nemini *enim concluſum argenti pondus & auri,*
Infoſſumque ſoli gremio monſtrabit avarus.
Nemo *non loquitur falsâ mendacia linguâ.*
Nemo *placet cunctis; non illum carpere poſſet*
Zoilus; *ant vitiis genuinum infigere dentem.*
Sunt tamen (heu facinus) qui jam infamare laborant
Crimine adulterii caput hoc. quo haud ſanctius vllum,
Neminem *& ignavum cupiunt furemque videri,*
At vos, ô *ſuperi, qui crimina plectitis æquâ*
Lance, per obſcuras Erebi *hos detrudite ad vmbras.*
An leve crimen erit ſanctis obtrudere tantum
Velle ſeclus? dextras famuli cohibete rapaces:
Non bene furatur totus cui militat orbis,
Cui Prænestinas *ſese* Dea *culta per aras*
Format ad obſequium, nutumque agnoſcit herilem.
Tu quoque quid dubitas? credeſne vxorius Aulæ,
Pontice, *blanditiis? tibi ſe hæc gravidam aſſerit vni:*
Aut ſi tu renuas in turpia crimina ducit
Neminem, *& hoc nomen culpæ prætexit honeſtum;*
Quum tamen interea jam tertia labitur æſtas,
Ex quo te patriâ terrâ, laribuſque relictis
Decolor accepit Ganges *& merce beatâ*
Inſtruxit reducem remeanti in tecta carinam.
Credis adhuc, dubitasve? Aut ſi ſapis vtere noſtris,
Pontice, *conſiliis, aliumque inquire parentem*
Huic, tibi quem nixu puerum dabit Ilithyïa
Nunc ad me vt redeam, & bona Neminis *omnia prodam;*
Nemine *nil mundus vidit formoſius vſquam,*
Hujus enim a facie inſolitum traxere furorem
Delia, *&* Actęas *quæ cuſpide protegit arces.*

Arſit & hunc Timon, *homines licet oderit omnes,*
Thermodoontiaca *& prognatus* Amazone, *& olim*
Inter Hamadryadas *pulcherrima* Nonacrinas:
Nemo *Cupidineo tamen inviolabilis igne,*
Vſque pudicitiæ eſt cuſtos, rigiduſque ſatelles.
Inde vnum hunc thalami ſocium lectique jugalis
Vult Italus, *facie namque vt ſuperare* Dianam
Ledæamque Helenam *valeat,* Veneremq; *ſuperbam,*
Nemini *erit credenda uxor ſine fraude doliſve.*
Rivalem potis eſt hunc ferre Propertius *unum.*
Credite mî, Juvenes, caſta eſt, quam Nemo *rogavit.*
Nemo *expers fidei, aut meritis aſcendere cœlum*
Audebit propriis: potis eſt Nemo *omnia ſcire*
Quæ ſunt, quæ fuerant, quæ pòſt ventura trahantur.
Nemo *non vanus, tumida non mente ſuperbus.*
Nemo *non sibi* Suffenus: *fata ante beatus*
Nemo *ſua eſt: epulas vitat* Nemo *& bona vina.*
Nemo *magnorum felicia munera regum*
Spernit: Nemo *sibi ſolùm vni naſcitur: omnia*
Vincere Nemo *poteſt vllo ſine milite & armis.*
Nemo *bonus dives:* Nemo *pauper ſapere audet:*
Nemo *aulæ fugiſſe velit fumum ſtrepitumque.*
Vnctior hinc poſſit ſi fors decedere, Nemo
Non amat illecebras ventoſi & gaudia mundi.
Nemo *pharetratæ potuit bene in vrbe* Dianæ
Viuere, cui melior finxit dum corda Prometheus,
Infuditque animam mage Dîam, & pectoris ignes.
Nemo Bonæ *ſacris potuit vir adeſſe* Cotyttus,
Nemine Bapta *viro ſolita eſt cernente precari.*
Virtutem Nemo *propter ſe diligit, aut quod*
Luminibus mentis fœda ſine labe videtur.
Et Nemo *eſt vnâ qui haud peccat ſæpius horâ.*
Omnia ſcrutari potis eſt Nemo: *ipſeque poſtquam*
Omnia perſpexit trutina ſe expendere: Nemo
Novit quod ſacro cortyna remugit ab antro:
Nam ſe haud ignorat: Nemo *inſervire duobus*
Ritè valet Dominis pariter, Mundoque, Deoque.
Conjugis infrænes linguas, animoſque ſuperbos
Nemo *domare poteſt, omnes ubi ſæva quadrigas*
Flammarum, ſtimulante irarum effuderit æſtu.

Nemo

Nemo *alii propior ſibi quàm ſtudet eſſe: benignus*
Pauperibus Nemo: Nemo *fati atque diei*
Conſcius extremi: totum quum legifer orbem
Aſſiſtet ſolio Omnipotens, flammiſque verendus
Expoſcet meritas injuſto a ſanguine pœnas.
Nemo Taum, Tameſinque *vni parere Monarchæ*
Te prior aſpexit, qui jam moderaris habenas
Ter felix JACOBE, *hominum ſpes, cura Deorum.*
Nemo Pierios *cantus* Muſaſque *latentes*
Suſcitat, & doctis proponit præmia curis.
Ahne pudet tandem quos Principis *aura benigni*
Suſtulit ex humili, ſummoque cacumine rerum
Conſtituit, juſſitque ſibi paulò ire ſecundos,
Spernere dulciſonæ modulamina blanda Thaliæ?
Ignoti ſed nullus amor; jacet obruta cæno
Pieris, *& mœſtos non audet tollere vultus.*
Noxia Nobilibus nimiùm (proh fata) chiragra eſt.
Saxea corda ollis, minimum eſt quòd abeſſe putares
Aſcopulis, certè vultum aſpexere Meduſæ.
Tu tanto medicina malo, doctiſſime REGUM,
Dexter ades, faciliſque precor ſuccurre cadenti:
Pondere tam magno preſſus gemit: ipſe ego dudum
Aſpexi feſſos tantis ſub molibus artus.
Nox fuerat, ſtratumque thoro me ſomnus habebat,
Viſus erat Nemo: *viſo ſed* Nemine, *totus*
Dirigui, ſubituſque tremor manavit in artus.
Ter volui aſtrictæ rupiſſe ſilentia linguæ,
Terque thoro exiliiſſe; At ter mihi brachia Morpheus,
Intentans vocem & verba imperfecta reliquit.
Dum dubito, noſtras vox turbida fertur ad aures:
Pelle metus, ego ſum quem tu non tempore primus
Vidiſti; noſtros quoniam prior hauſit ocellos
Tireſias; *ſed jam vates, jam lumine caſſus.*
Me quoque Mors *&* Amor *pariter videre volantes;*
Et quem ego præcipuè fovi nutricibus ulnis
Męonides, *patriæ ſpretus dum viueret oræ.*
Nemo *vocor; qui* Caſtaliâ *de valle ſorores*
Sæpius audivi duris in rebus egentes
Auxilii; ſuccurri equidem; ſi prima recordor
Tentamenta mali; nec me ſervaſſe pigebit.

Incolumes aliquando : en, & mea nomina ſæclis
Tradere venturis (ea fama eſt) alite penna
Conantur, Tuque ô vates huc dirige greſſus
Quò te fata vocant ; ſi te non maximus ille
Juſtior haud alius, quo nec ſtudioſior æqui,
Me tamen excepto, vultuque & voce benignus
Suſcipiat venientem, adero tibi Nemo *vocanti.*
Dixit, & in tenues fugiens evanuit auras.
Diriguere comæ, ſed nox ſomnuſque reliquit
Multa quidem verſantem animo, & majora parantem
Dicere : ſuntne aliquid, ponduſque hæc ſomnia ſecum,
REX *invicte, ferunt ? an veri ludit imago*
Per vigilantem animam atq; in ſe per cuncta reflexam?
Quicquid id eſt, ne me iſta putes tibi fingere quæſo ;
Per ſceptrum REX *magne tuum, ſacramque Tiaram,*
Perque tibi famulas, mea numina magna, ſorores ;
Per jus, perque pium, perque O quodcunque bonorum
Pectóre ſub tali poſuit Deus ; aſſere at iſtis
De tenebris, aliquamque jube ſperare ſalutem.
Sic Nemo *major te ſit virtute, vel armis :*
Sic Nemo *ingenio tibi* REX *factiſque ſuperſtet :*
Sic Nemo *te ſceptra ferat* REX *longius uno :*
Sic Nemo *videat tibi qui nocuiſſe pararit :*
Sic dicas ſemper Nemo me impune laceſſat :
Sic poſtquam extremos Lacheſis *tibi neverit annos*
Aſtra petas ; nec ſit quem plus ventura animantum
Sæcula mirentur, ſtupeantve ingentia corda
Principis alterius, donec Sol *igneus orbem*
Ambiat, & Solis *radietur* Cynthia *flammis.*
Hactenus ingenii vecti ſuper æthera pennis,
Perque Nihil, *perque hoc magnum quod inane videtur :*
Nunc lapſu feſſis, liceat deſcendere anhelo.
Quiſquis es, at cui ſe hæc ſubmittet noſtra legenti
Pagina, ſi capitis tangit reverentia ſacri
Neminis, *& ſi fors meruit non durus amari,*
Sanguine ne dextram vio la ; aut admitte nefandum
Hoc ſcelus, immeritas indocto ut carmine pœnas
Nemo *luat : quod ſi moveat furor impius iras,*
Neminis *ultor erit : procul ergo abſiſtite* Momi :
Neminis *arbitrium patitur de* Nemine Nemo.

JOANNES LEOCHAEUS.

This ſubſequent welcome was alſo preſented to his M. at Kinaird.

GREAT Man of GOD, whom GOD doeth call, and
On Earth his great Lieutenents place to uſe, (chooſe
Wee bleſſe the tyme, wherin the threefold Croun
And Diademe with peace, and great renoun
In that ſo long fore-told, and fatal cheare
Thou on thy braue, and royall brow didſt beare:
As from that tym thy abſence bred our bane,
Thy preſence now reſtores our Joy's againe:
Thou went away to SCOTLANDS deip diſpleaſure
But thy return brings mirth beyond all meaſure.
Aſtræa doth pronunce by thy ſueit tong
What ſhuld of right to Kings on earth belong:
Thy myld aſpect doeth realmes and cities nuriſh,
And as thou frouns or faun's they fall & flooriſh:
Theſe ſuords the ſherp, and bloodie tools of warr,
Which peace hath ſheath'd in ruſt, ſhall from a farr,
Bee drawn agane, and when thou thinks it good
Thy angrie brow ſhall bath the world in blood,
Thou canſt Dethrone, and giue the royall wreathe
And hyd thy ſuord, and hold it in the ſheath.
Yet now thou deign's to viſit our cold North,
And with thy Court haſt croſt the ſinuoſe *Forth*,
Which with *Meanders* winding heer and there
Great *Britans* KING upon her back did beare,
Whois bouldin billoes (as they did of yore)
Shall ſet thee ſure upon there yonder ſhore. (ches
And ſtatelie *Tay* with ſtryving ſtreams which mar-
And ſkorns his courſe ſhuld be controld with Arches,
Who with his ſpeats in ſpightfull raige hath dround
The famoſe *Perths* faire Bridge, & broght to groũd,
Shall ſtraine the ſtrenght of his ſtrong ſtreams thow'll
And be at peace with all the world for thee. (ſee,
THOW ſhall not looſe thy labors, nor thy loue,
Which in a Prince moſt rare, moſt rare dooth proue:

This bontie ſingular, which thou imparts,
Encounters not with miſ-conceiving hearts
Nor with ingratefull ſubjects, for each One
Aknowledgeth the good which thou haſt done:
Man neuer was more loved by ane other,
Not *David* by kynd *Jonathan* his brother
As thou by vs, thou dwels in each mans heart,
Our Joy, and our felicitie thou art:
O had our breiſts of ſtuff tranſparent bene,
That all our thoughrs might ſo to thee be ſene,
Thy SCOTLAND do'th (thy royall grace wold tell)
For Courage, Truth, and Loue, the World excell:
And wee confeſſe, our Joyes are perfect now,
Iff they could proue perpetuall, heauens allow
A longer ſtay then thou intends, that ſo
Our loue-ſeik hopes might to the full tyd flo.
To toyll and travell man is borne wee ſee,
As ſparks of fire by nature upward flie,
Thy travell yet ſhalbe compenſt with pleaſure
Thou ſhalt haue ſports, and pairt of all our treaſure:
Wee'll keep that cuſtome with thy ſacred grace
Which *Athenæus* writes was keept in *Thrace*,
,The ſubjects gaue their King when euer hee wanted,
'When they wax'd poore, their ſuit's by him wer gran (ted:
Thus each in loue ſupplied an others neid,
Both peace, and wealth, this kynd cõmerce did breid.
And *Perſians* when they did preſent their King,
Some rare propyne they alwayes vs'd to bring.
But put the caſe, this forme which *Perſians* uſed
Wer by ſome baſe and wretched wormes refuſed,
Thy faithfull *Quæſtors*, full of loue and paine,
(Whois betters haue not bene, whois lyk againe
Thou canſt not find) ſhall ſuch aboundance bring,
As King nor Court ſhall want no kynd of thing:
Not lyk thoſe lowns, whom *Athens* old did truſt,
They wer but Theiv's vnhoneſt, and injuſt.
Theſe *Tamij* the treaſure ſtole by night,
And then they burnd the Citadel by ſlight,
That by this fire their fraud ſhuld not be ſeene,
Nor they accus'd, that had ſo knaviſh beene:

Thy

Thy *Quæstors* here are honeſt, wyſe, and true;
Thy treaſure ſaiff, thy Baſtils bvilt of new:
Stay then (dread Leige) O ſtay with ws a while
With pleaſing ſports the poſting tyme begyle:
Thy fyneſt Hawks and fleiteſt Hounds ſhall find
Of fowls and beaſts, a pray of euerie kynd.
For morning both and euenyng flight, each day
Each Hawk thou haſt, ſhall haue her proper pray;
Each fowl that flies ſhall meit thee in thy way,
And in their ſorts ſhall *Ave Cæſar* ſay.
Throgh foreſts, Parks, and feilds hunt ſtag, &
It helps the health to haue the natiue air. (Haire
Hee that taks pains and travell ſleepeth beſt,
With greidines hee taks refreſhing reſt,
His meate to him ſeems ſavorie, ſweet, and fyne,
Hee glaidlie drinks the heart-comforting wyne:
Good blood, quick ſpirits, travell ſweet do'th cheriſh
And maks offenſiue humors for to periſh.
And wyſe-men write that Colik, Gout, and Gravel,
The woefull fruits of reſt, ar cur'd by travel:
Let not thy horſes fatt, for ſtanding Idle,
They'll grow ſtiff neck'd, and diſobey the brydle.
Let faithfull *Turbo* menage thy affaires
And kill himſelfe with care, to eaſe thy caires.
Thou ſhalt not trauel, throgh hott barren bounds
Of *Arabie*, nor cold, and ſnowie ſounds
Of *Norwa*, nor the Schythian ſavage montans,
Nor fenni *Flanders* skant of healthfull fontans,
Nor throgh thy *France* ſo full of fearfull Jarrs,
Where King and ſubjects waige inteſtine warrs,
But throgh Braue BRITAN of all realms the beſt,
With pleaſours all, with peace, and plentie bleſt,
Which God ſejoyns from all the world (wee ſee)
That none but *Neptnne* ſhuld thy neighbour bee.
Let not Our Loue infer the leaſt offence,
Thou art our LORD our kyndlie KING, our Prence:
Our int'reſt ſo is ſuch (Dread Leige) in thee
Thogh Earths great Glob wer thyne, ours thou muſt
From *Jacob* learne to loue *Canaan* beſt, (bee,
The native ſoill: for when his ſonnes wer bleſt,

NATIONAL LIBRARY OF SCOTLAND EDINBURGH

Hee charged them to take him heame againe,
Him to interre in *Ephrons* flowrie plaine:
Abraam there, and *Sara* ſleep, ſaid hee,
There *Iſaak*, and *Rebecca* both doe lye,
And there I buried *Lea*: *Joſeph* weiped,
In *Ephron Jacob* with his fathers ſleiped:
Joſeph waxd chief in *Pharaos* court, and yet
Knowing the Tribs wold out of *Egipt* flitt,
Hee took his brethren, and the people ſworne
His bones from thence ſhuld be to *Ephron* borne,
To keip their oath his brethren, and the reſt
Imbalmed him and put him in a cheſt,
And when they fled from *Egypt* (as they ſweare)
Moyſes with him good *Joſephs* bones did beare:
Liue *Neſtors* dayes King JAMES but liue among vs
By blood and birth thou do'ſt alone belong vs,
Stay then at home, to *Thames* make no returne,
Sleip with thy fathers in thy fathers vrn.
But wee'r too bold to beg thy longer ſtay,
Since GOD ſets doun thy Jeſts, and gyds thy way,
From death in famine GOD deliuereth thee,
From ſword in battell thou ſhall ſtill be frie,
Deſtruction thou ſhall skorne, and laugh at dearth,
And ſhall not feare the cruell beaſts on earth,
Ston's of the feild ſhall be in league with thee,
And beaſts at peace with great King JAMES ſhall be,
Yea thou ſhall know peace dwells thy tents within,
In ſpight of *Babell* and that Man of ſin:
To thy great Joy ô KING thou ſhall perceaue,
Thy ſeed as graſſe on earth: Thou ſhall to graue
In fulleſt aige (like to a rig of Corne
Broght to the Barne in ſeaſon due) be borne.
And if the Lord hes ſaid that thou muſt leaue vs,
If *England* muſt of this our Joy bereaue vs,
If thou wilt go, and leaue vs full of ſorrow,
This prayer ſhort from Paynim pen wee borrow.
Our ſacred King, wyſe JAMES the Lord defend,
And royall ſeed, till all this All tak end,
Heavens grant to him, his faire and verteous wyfe
In peace and plentie, long and happie lyfe.

Lord

Lord bleſſe, preſerue, and keep him frie from ill,
Of happie Kings let him be happieſt ſtill:
And, whilſt he lives, let him not ſee, nor heare,
The death of one, that to his Grace ſeems deare,
Let his Dominions farr, and long perſeuer,
And (ſtill adornd with Juſtice) laſt for euer:
Tyme ſtay thy haſt, relent thy former furie,
And let King JAMES our childrens children burie.
O touch him not proud *Fortune*, but in kyndnes,
Or if thou do'ſt, hee ſtill defyes thy blindnes:
Heavens grant this Ile, with toyls tormoyled long
May be his meanes, be cur'd from ſin and wrong:
GOD grant hee ſaue Religion from decay,
And reeſtabliſh ſuch as runne aſtray:
Lord let this Starr in brightnes ſtill abound,
To light the World ſo long in Darknes dround:
And let each true, and faithfull ſubject ſing
With heart and woyce conjoynd, *God ſaue the King.*

ALEXANDER CRAIG
Of Roſe-craig.

THE

KINGS MAIESTIE CAME FROM *KINNAIRD* TO THE BURGH OF DONDIE

THE XXX OF MAY,

Where at his entrie this ſubſequent ſpeach was deliuered in name of the towne by M^r. ALEXANDER WEDDERBVRNE *their Clerke.*

ALBEIT THE COMMOUNE feares which perplex moſt confident Orators, may daſh and confound my ſpirit, juſtlie ſuſpecting my owne weaknes in ſpeaking to your Sacred Majeſtie, MOST MIGHTIE KING, *and our moſt gracious Soveraine Lord*:

Yet being vpholdin by the long experience which I haue had from time to time of your Majeſties moſt myld and gracious acceptance of the ſpeaches delivered by your Majeſties moſt humble ſubjects, of whoſe number I doe acknowledge my ſelfe one of the meaneſt: I am emboldned, at the deſyre of the Magiſtrats Counſelours and whole bodie of this your Majeſties ancient, frie Regal burgh, to offer to your moſt excellent Majeſtie, that hartie welcome from them, whoſe inward greife conceaved for your Majeſties long abſence, is turned in exceſſive Joy in regaird of your Majeſties moſt Princelie reſolution (now reallie effectuat) to honour this your Majeſties moſt ancient Kingdome with your Royall and moſt comfortable preſence: An ineſtimable bleſſing to all, bot cheiflie to vs who haue not onlie participat of the cõmoun benefits which all your Majeſties good ſubjects doe injoy vnder your Maieſties moſt happie governament, I meane puritie of Religion, peace and ſecuritie, by ſea and by land, at home and abroad, So that no hęreſie hath toleration, no oppreſſion the badge of authoritie, no inſolence the mark of greatnes, within all your Maieſties Dominions, the meaneſt living vnder his owne figtrie, but feare of wrong, both in the high-lands and borders, and the mightieſt kept vnder your Maieſties obedience, and feare of the Lawes, but alſo beſids theſe, a more particular bleſſing to vs, who haue teaſted ſo abundantlie of your Majeſties bountefull goodnes and fatherlie care laitlie kythed in the quenſhing and extinguiſhing (by your Maieſties moſt Ptincelie and prudent directions

giuen to the Lords of your Maieſties moſt honorable Privie Counſale) of that fire of ſedition which was kindled within our bowels, to the apparent overthrow and combuſtion of our whole eſtate: And in the ſetling and eſtabliſhing of a ſolid peace amongs vs by the meanes of Juſtice, whereof wee haue moſt ſenſiblie found both ſweit and profitable fruits ever ſince. Of theſe manifold bleſſings to ſpeak what wee can is not now convenient, and to ſpeak what we ſhuld is not poſſible. This one thing wee muſt ſay, that wee haue more then iuſt cauſe to welcome to theſe our meane territories your Sacred Maieſtie, whome wee haue euer ludged in our hearts ſince the firſt houre of your Maieſties moſt happie natiuitie.

Receaue then, *Moſt gracious Soveraine*, that hartie welcome which wee all moſt humblie offer from true and weell approved hearts: And here wee doe lay doun at your Maieſties feete Oure lyves, our liberties, our goods, and all vther meanes granted to vs by GOD, to be ſacrificed in your Maieſties ſervice, without any privat reſpect or conſideration whatſoeuer: Praying the King of Kings that your Maieſties Royall perſon may bee euer ſaife from all treaſonable practiſes, your H. naturall lyfe extended to the poſſibilitie of Nature, and your royall progenie and race, by lineall ſucceſſion ſitting vpon your Imperiall throne, may haue one period with the World. *Amen.*

His M. was alſo welcomed at *Dondie*, by theſe Poëms preſented.

Sylva.

EXere, *de largo placidum caput exere fonte,*
Taë *pater, Regemque tuum ſubmiſſus adora:*
Regem, cui ſimilem nec tempora priſca dederunt,
Nec ventura dabunt, licet aurea ſæcla recurrant
Aſcræo cantata ſeni, cœloque relicto
Malcolmi *terras ſoboles generoſa reviſat.*
Ille tamen, gratis Humbri, Tameſiſque *fluentis*
Poſthabitis, tenui ſtringit tua flumina lembo,
ALECTIQUE *ſubit longo pòſt tempore tecta,*
Mille ſui precibus populi, votiſque petitus.
Nonne vides blandi quæ ſit clementia Cœli,
Aſperaque ut verno mutata eſt bruma tepore,
Vt primùm patrij tetigit confinia regni?
Vt populos Pax *alma beet, collapſa reſurgant*
Templa Deo, *tollatque caput ſacer altiùs ordo,*
Herculeaſque illo ſperet ſub Principe partes?
Veſtiat ut poſitis tandem bombicina pannis?
Fibula nobilium conſtringat ut aurea crura?
Mercator Geminos *curratſecuriùs ad* Indos,
Vt Patriæ donet quicquid natura negavit?
Quin igitur nunc, Taë *pater, caput exeris antro,*
Et placidè pelago totis illaberis undis?
Tuque PATER Patriæ, *magnorum* Maxime REGUM,
Quo majus nil orbis habet, quem poſtera fama
Aſcribet Divis, te pulchra Britannia *quamvis,*
Et ſubjecta tuis glacialis Hibernia *ſceptris,*
Atque ſuum REGEM *te agnoſcant* Hebrides *unum,*
ALECTI *tenues ne dedignâre penates.*
Hæc urbs, ſi ſeriem repetas ab origine primâ,
Priſca exæquavit Gulielmi *tempora Regis.*
Corniger hîc primùm per mille volumina Taüs,
Inter ſcotigenas Taüs *pulcherrimus amnes,*
Eructat dulces in amaram Dorida *lymphas.*
Hîc portus, Xerxis *quem claſsis tota ſubire,*

Atq; Agamemnoniæ *potuiſſent Mille carinæ.*
Relligio *hîc primùm priſco donata nitore,*
Purior & cultus, pulſâ caligine, ſedit.
Hîc in te populus ſtudiiſque animoque fideli
Semper erat, vitamque tuâ pro laude paciſci
Promptus, & ad nutum quicquid ſufferre paratus.
Aſpice quàm denſâ plebes ſtipata coronâ
Ore tuo fruitur; quæ pro te vota Tonanti
Concipiat, quæ luſtra tibi, quæ ſæcla precetur.
Accipe devotas mentes: nec pectora donis
Sed ſtudiis metire piis: patriamque Boëtl
(Qui famæ *patrum ſacravit facta tuorum)*
Reſpice pacatis animis, vultuque ſereno.
Sic tua non ullâ fuſcentur proſpera nube;
Et tuus in patrias creſcens non degener artes
CAROLUS, *ad ſeros tranſmittat ſceptra nepotes.*

PETRUS GOLDMANNUS *Deidonanus M. D.*

AD REGEM Εγκωμιαστικὸν, ARGUMENTO ſumto ex lib. 3 de Republ.

Cùm Deus humanos artus & non imitandæ
Solerti ingenio conderet artis opus:
Temperies varii cuique & miſtura metalli
Addita; nec moles omnibus una fuit.
Imperio dignis argentum incoxit & aurum,
Materia hæc animi nobilioris erat.
Vulgo durities æris, ferrique remiſta eſt:
Indicium ignavæ mentis & illa fuit.
Hæc ſi vera Sophôn oracula, primigenamque
Temperiem produnt pectora quæque ſuam,
Nec ramenta æris, ferri aut veſtigia, in ortu
Quiſquam primævo dixerit ulla tuo:
Multa ſed argenti ſolidi, rutilantis & auri
Pondera, materiæ miſta ſubeſſe tuæ
Arguit invictæ mentis conſtantia, puri
Et radians animi Lumen, & Aura tui,
Et quaſcunque alias nitidi virtutibus auri
Congeneres dotes nobile pectus habet:
Vſque adeo Heroïs generoſi pectora geſtas
Alta, tot imperiis digna, quot orbis habet.

JACOBUS GLEGIUS *Deidonanus:*

HIS MAIESTIES WELCOME
at the Palace of *Dalketh*, the xi day of *Junij*.

DALKETHENSIS PHILOMELA.

QVum Cedrus, *quum celsa tibi*, REX *magne*, Cupressus
Obsequij in signum capita inclinare superba
Lætentur, pedibusq; comas substernere sacris;
Lentane submissam renuent Viburna *salutem*
Dicere, & ad sacras DOMINI *se advolvere plantas*;
Et tibi quum dicant REGI *tua magna salutem*
Oppida, non magnum tua parvula villa salutet?
Villula, quæ Regum quondam secessus amœnus,
Pectora quum gravibus voluere remittere curis.
Huc laxa invitant Pallatia, *culta* Napæis
Prata meis, geminâ *gaudentes* Naiades Escâ;
Invitantq; meæ læta ad pomœria sylvæ
Te Dryades: *licet hîc capiti circundare* Myrtum,
Sacraq; Phæbœâ *tua cingere tempora* Lauro.
Hîc legere est cerasos, omnes & carpere fructus,
Quos suavi Pomona *sinu produxerit vsquam.*
Hîc quoties pavidas canibus committere Damas,
Ramosi quoties vivacia pectora Cervi
Figere gaudebas? quoties haurire sonores
Te hîc vidi dulces cunctarum, Magne, volucrum,
Quæ picturatis volitant per inania pennis?
Sed tibi prima sacras implebat Daulias *aures,*
Garrula quindenos repetens Luscinia *cantus*:
Qualia non Orpheus *pulsando pollice nervos,*
Nec Linus *ipse ciet dulci modulamina voce.*
Omnis in exiguo contracta est Musica gyro,
Dulcisonam Philomela *cavo dum gutture vocem*
Producit longo tractu; variatur & inde
Concisio; flexo distinguitur, inde retorto
Ingeminat: nunc mœsta gemens secum ore rotundo
Murmurat; atque gravi, summo, medioque & acuto

Prædulci Philomela *ſono totum aëra replet.*
His tua te Vallis *reducem* Kethea *ſalutat*
Cantibus; atque ſuo REGI *bona cuncta precatur,*
Quæ dare vel Virtus *queat aut* Natura, *perennes*
Vt faciat Philomela *ſuos tua gaudia cantus.*

A. Simonides.

ETNOIKON.

TVrba poëtarum ruit in te, maxime Princips,
Certat & officijs docta caterva virûm.
Liquit & Aonidum Parnaſſi in vertice fontem
In boream migrans ex Helicone chorus.
In te conſpirans vatum chorus omnis, in unum
Contulit, & Muſæ quicquid honoris habent.
Sed ſine te, fruſtra tanto conamine vates,
Fruſta Pierides ex Helicone Deæ.
Tu decus æternum Muſarum, & gloria vatum,
Ipſe tibi ſolus carmina digna dabis:
Solus dulcè canens Muſis & Apolline *digna,*
Solus Apollineo dignus & ore cani.
Sat mihi nunc inter communia gaudia, mutus
Non fuerim, atque mihi ſit voluiſſe ſatis.
Verſibus incultis quòd tantum culmen adire,
Auribus & ſacris obſtrepuiſſe ſtylo
Auſus ineptus ego, ne dedignere; frequenter
Frondibus ornatur vilibus ara Iovis.
Sæpe in neglectis inventa eſt gemma lapillis,
Sæpe cadus vilis nobile Nectar habet.

EΠAINETIKON.

MAGNE, *Caledonij flos, & nova gloria regni,*
Subjicis imperio qui tria regna novo;
Tu quem jure colunt Mavortia pectora Scoti,
Principe quo felix Saxonis ora tumet;
Quem dominum ſupplex veneratur Hibernus, & omnis
Quæ ſub hyperboreo gens latet axe ferox:
Dives opum, cui tot terræ, tot littora parent,
Cuique ſuperba Deus ſceptra gerenda dedit;
Dum tua conamur præconia dicere, laudes
Muſa vetat, culpâ deterere ingenij.

Non

Non ego Meonio ſcribam ſi texta cothurno,
Sufficerem in laudes, Magne IACOBE, *tuas:*
Tu nec laudis eges, nec noſtro augebere cantu,
A Ioue ſupremo proxima ſceptra tenens.
Felix imperio, felicior arte regendi,
Orbis delitiæ, ac anxia cura Deûm.
Soſpite te, ſemper ſub tuto vmbone quieſcet
Relligio pura, ac intemerata fides.
DEFENSOR FIDEI *vindex animoſus & acer,*
Acceſſit titulis nobile ſtemma tuis.
Cúmque alios quatiunt trepidâ formidine bella,
Securus regnas vnus in orbe tuo.
Atque inter Reges, ſedando bella per orbem
Arbiter, æternæ fœdera pacis amas.
Pacis amans, pacemque colens, violenta peroſus
Bella, Beatus habes ſymbola PACIFICI.
Advolat & cœlo rediens Aſtræa *relicto,*
Sacra ſimul duplex tempora laurus obit,
Iuſtitiæ & Pacis; *quarum quis amantior alter?*
Dum libras iuſtâ ſceptra verenda manu:
Et ſatagis populis priuas imponere leges,
Æmula romuleis & dare jura tuis:
Queis dubios caſus & griphos litis iniquæ
Iuridici patres ſolvere ritè queant.
Mille ſecans nodos, Sphingiſque ænigmata vafræ,
Pulchrum edis ſpecimen divitis ingenij.
Sub te tuta viget Legum veneranda poteſtas,
Florent legitimi publica jura fori.
Sunt in honore Patres, fulget ſanctuſque Senatus,
Et nitet in medio purpura lata foro.
Sic fora Iudicijs ornas, ſic legibus vrbes,
Vt ſe nil Iuris credat habere nefas.
Nunc ſua virtuti ſtat veræ debita merces,
Opprimit & juſtus facta nefanda metus:
Nunc fraus, ira, furor, cædes, ſcelerum impia turba
Præpetibus pennis Tartara nigra petunt.
Aurea compoſitis redeunt nunc ſecula bellis,
Nullaque Gradivi claſſica dira ſonant.
Ære rigens Ianus ſtat nodis vinctus aheneis,
Atque tuo longùm numine clauſus erit.

Limi

Limina firmasti ferro & compagibus arctis,
Vinctaque sunt centum ferrea claustra seris.
Ne quà prorumpant in terras bella nefanda,
Nunc belli portas Pax & oliva premunt.
Vomere nunc pando proscindunt arva coloni,
Semina cum multo fœnore reddit ager:
Esseda, clitellæ, rastra, & stridentia plaustra,
Ruris opes, splendent: inquinat arma situs.
Nunc Mercator opes avidus sine fine parandi,
Tutum mutandis mercibus æquor arat:
Linteaque & summo volitant Carchesia malo,
Nil à piratis vela timoris habent.
Nunc securi omnes, nunc sunt commercia tuta,
(Ergo alacris lætum carpe viator iter.)
Sic mare, sic terras vnâ tu protegis vmbrâ,
Bina ferant vni bina trophæa tibi.
Sed si fas reges spreto censere paratu
Fortunæ, & pretiis pendere cuncta suis;
Non sic te decorant tituli aut immania regna,
Quàm sincera fides, & pietatis amor;
Et nivei mores, & nescia fallere virtus,
Veraque in humano pectore imago Dei.
Hinc tibi laus crescit, cumulusque accedit honorum,
Hinc Magni *meritò nobile nomen habes,*
Hinc te tollit humo, ac æquat te gloria cœlo,
Et volat ampla tui fama per ora virûm.
Fama per ora volat, minor est sed gloria vero,
Famaque pro meritis non satis ampla tuis.
Constitit attonita & tantis virtutibus impar,
Victaque materiâ fama, pudore stupet.
Eminet in summo tua virtus culmine, nec quo
Vt major fiat, crescere possit, habet.
Tantus es ut nequeas major vel clarior esse,
Ni te ipsum superes, & videare Deus.
Si Deus hic non est, divus tamen esse videtur,
Qui dio imperio regna Britanna *regit.*
Sed quò Musa ruis? majoraque viribus audes?
Ingenioque moves cur mihi majus opus?
Tanta viri virtus, moles tanta elogiorum,
Cui par non fuerit vel sacer ipse chorus.

Aliud

ALIUD.

LAtius Imperium nulli, neque longior ætas,
Supra lustra decem stat diadema tuum.
Tempora perpetuo prodûxti grata tenore
Obliquâ semper liber ab invidiâ.
Inque nefas nullum male-suada potentia adegit,
Sed ratio in rectum sobria suasit iter.
Consiliis & sorte bonus, quæ copula rara est,
(Raro est fortunæ mens bona juncta bonæ.)
Præsidium sublime reis, faciliſque precanti,
Supplicis doctus jungere temperiem.
Quid memorem integram contra mala sæcula mentem,
Altiùs & vitiis exeruisse caput?
Aut vixisse velut populis exemplar honesti,
Et morum, similes quos cupis esse tuis?
Regia munificæ referam quid munera dextræ?
Quid referam casti fœdera sancta thori?
Divinæ studio Sophiæ dum strenuus ardes,
Et sublimè volans, ardua mente petis.
Contemptiſque apinis, tricis popularibus, uno
Virtutis veræ pectus amore calet;
Fert tibi mentis opes sapientum è divite censu,
Pallas *adornavit dotibus ingenium.*
Os tenerum doctæ sic excoluere Camœnæ,
Sic Pîtho *dulci melle labella rigat.*
Vt quoties sermo tibi profluit ore rotundo,
Eloquii currant flumina larga tui.
Victus amore tui præconia detero, tandem
Extremo condat carmine Musa chelyn.
Nulla tulit similem, ventura nec afferet ætas,
Omnis cui virtus contigit, unus eris.
Omnia non uni cuiquam tribuit prior ætas,
Omnia non uni serior ulla dabit.
Te Deus ornavit cunctis virtutibus unum;
Quæque insunt aliis singula, cuncta tibi.
Donec erit virtus laudi, laudabere Magne,
Inter honoratos gloria prima viros.

ALIUD.

LAudarunt in te multi permulta, sed unum
Et decus æternum, & nomen in orbe parat.

Tot pia ſcripta piam ſemper teſtantia mentem,
Et quæ ſunt ſtudii tot monumenta tui.
Illa legunt docti, nil concedentia priſcis,
Mirantur que omnes nobile regis opus.
Hoc doctrina dedit, dedit hoc tibi Muſa Maronis,
Et latialis bonos & decus eloquii.
Blandaque quæ ſedet in teneris tibi Suada labellis,
Cecropiis vngens omnia verba favis.
Seu numeros aptare parans & reddere cantus;
Pierio priſcis certat honore viris.
Seu ſublimè loqui contendat, & ore ſoluto,
Eripuit Latio Scotia laureolam.
Perge etiam ferro ſubvertere mœnia Romæ,
Biſque triumphatâ victor ab vrbe redi.
Quæ modo te fixit pennâ, ſi dextra bipennem
Corripiat vindex, impia Roma cave.
Atque illum armatum tu ne temeraria temnas
Qui te quum nuper vicit, inermis erat.

Ἐυεστικὸν,

CAntet Jo pæan! nunc alta voce Britannus,
Nunc coëunt vltrò dilacerata diu.
Exoptata diu votis illa Unio *venit,*
Venit, Jo! cantet Scotus, & Anglus Jo!
Fracta diuturnis præclara Britannia *bellis,*
Penè ſuo toties vulnere ſuccubuit,
Cùm Pater ætherius populum miſeratus vtrumque,
Anglicate juſſit jungere regna tuis.
Anglos & Scotos diſcordes tempore longo,
Vnus ovans vnis, & ſine cæde ligas.
Feciſti gentem binis è gentibus vnam,
Quas Mars non potuit nectere, nectit amor.
Invidiæ nil nexus habet, coîre ſed vnum
Sponte ſub Imperium Regna vetuſta duo:
Nobiliùs permixta novo ſub nomine, quod dat
Inſula communis laude & honore pari.
Jte pares ergo, memores quòd numine Magni,
Nomina mutaſtis Scotus & Angligena:
Vivite felices juncti, quos omnia jungunt,
Lex, Nomen, Princeps, Inſula, Lingua, Fides.

Conſtans

EUXTIXὴ.

COnstans et nunquam dubiis violata potestas
Quo pede processit, sic benè semper eat.
Dî tibi se tribuant faciles, & semper amicos
Et sint virtuti tempora longa tuæ.
Producant æquos meritis regalibus annos,
Addant & lustris altera lustra decem.
Ast ubi complêrit tua sors quos debuit annos,
Tùm sacros cineres marmora sacra tegant:
Morte carens animus superas volet altus ad ædes,
Cælitus & cingat quarta Corona caput.

GUALTERUS BALLENTINUS. J. Licent.

SEdibus augustis residens flammantis olympi
Annuit optatis Juppiter ipse meis.
In natale solum, qui te comitante catervâ
Nobilium, reducem, REX JACOBE, refert.
Vt, quæ mœsta diu fuerat te absente, fruatur
Nunc tandem amplexu Scotia læta tuo;
Et positis lachrymis, longo & squalore remoto,
Induat ornatum Regia sponsa novum;
Teque PATREM PATRIAE ut recinant Heliconis alumni,
Calliopeque ferat nomen in astra tuum;
Qui potis es stygias unus terrere phalanges,
Regia scripta edens, Regia sceptra tenens;
Mœnia qui pulchræ curas reparanda Syonis,
Orbis in extremis conspicienda locis.
Virtutes in te vigeant, quæ in sæcla nepotum
Signa tuæ ingenitæ nobilitatis erunt.

Arthurus Muirhead.

MEDIOCRIA ✣ FIRMA

THE KINGS MAIESTIES MOST HAPPIE NATIVITIE WAS CELEBRAT

On the xix. of *Junij*, in the Caſtle of EDINBURGH, the proper day, and place thereof.

Where at his Maieſties entrie in the Caſtle was deliuered ane Hebrew ſpeach by ANDREVV KER *a boy of nyne yeeres age.*

And thereafter theſe Poëms were alſo preſented to his Majeſtie.

De Regis Natalibus.

COllibus EDINUM *supereminet omnibus unum*;
Junius à *Juvenum nomine nomen habet.*
Hîc tibi principium vitæ Menſiſque, locuſque:
Omine non Menſis, *non* locus *ipſe caret.*
Æmulus imperio locus *eſt*, Menſiſque *juventæ*:
Hic apicem, ille annos, vimque decuſque dabit.
Imperium imperiis ingentius omnibus, Annos
Dat tibi, dat virides Junius *imperiis.*
Ergo ſolent poſitis Aquilæ vt revireſcere pennis,
Atque grave ætatis ponere inertis onus;
Det DEUS *vt videas, tardè veniente ſenectâ,*
Longa juventutis *tempora blanda tuæ.*

ALIUD.

NOn tibi *dant, quamvis humentia ſidera*, Piſces
Oceani hæc regnis ſubdita regna tuis.
Non tibi dat Taurus *tantos telluris honores:*
Exigua eſt animo terra, ciniſque tuo.
At neque tam dulces Geminorum *ſidus amores,*
Dulciaque è caſto pignora chara toro.
Clara ſed ardenti cùm ſubdit lumina Cancro,
Cum ſcandit ſummi culmina ſumma poli,
Te maria & terras ſupra, ſupra æthera, celſum
Extulit, & cœli Phœbus *in arce locat:*
Cœleſtemque dedit mentem, cœleſtia regna
Spirantem, & ſolo pectora plena polo:
Atque polo vera arma, ſequentem ferre Leonem;
Magna quidem, & magni conſcia ſigna Dei.
Quæ Jehuda *&* Jehudæ *victrix victricia* proles
Vendicat imperiis omina certa ſuis.
Nil tellus cernit, nil cœlum auguſtius illo,
Nil illo totus dignius orbis habet.
Quid flores; quid adhuc animantia cætera ſpectes?
Cedite, nec magnum ſollicitate animum.
Huic vni tua vis, REX *maxime, militet: unus*
Militiæ auſpicium det Leo *& iſte tuæ.*

IMPERII SYMBOLUM.

CVlmina bis bini tollunt ad ſidera montes,
Illis nec lati ſubjacet æquor agri: (*illinc,*
EDINUM *hinc cum* Cragatto; Salsberius
Sedes *cui* Arturi *conjugat alta caput.*
Bina ligat radix, & bina interluit vnda;
Hæc juncta, iſta ſuis diſſociata jugis.
In medio priſci poſuere Palatia Reges,
Hoc natus fauſtè es, Magne IACOBE, *ſolo.*
Iſta loci Genius venturi conſcius olim,
Diſpoſuit ſceptri ſymbola certa tui.
Tu bis bina tenes titulis regna ardua juſtis;
Hæc juncta, iſta ſuis diſſociata locis,
Gallia *quà* Britoni, *quà ſe prætendit* Ierne,
Et ſonat Oceani fluctibus uda latus.
At cluit æterniſque hæret Scot-Anglia *vinclis:*
Nubiferum pulſat quâ Zeviota *polum.*
Vt manet his omni radix immobilis ævo,
Sic maneant Regnis vincula firma tuis.

DAVID HUMIUS.

MAIUS REDUCENS.

MAjores Majo *dederant ſua nomina quondam,*
Nomina Majeſtas *nunc magis ampla dabit.*
Nam placido pulſus REX *antè* Cupidins *ictu*
Norvegiam *tumidis dum mare ſulcat aquis,*
Triſti hyeme & per ſaxa volans maria omnia vincit,
Auſloviæque *ſinu virgineo excipitur.*
Sed Maii *rediit* REX *&* REGINA *calendis,*
Lætaque ab excenſus munere Letha *fuit.*
Anglia, *quam* Dani *vexarunt clade cruentâ*
Nunc REGI, *&* danæ *dat ſua ſceptra* Deæ.
Maius *poſt tria luſtra refert ſine cæde triumphum,*
Victorem Patriæ reſtituitque ſuæ.
Arrident nunc prata & frondent gramine ſylvæ,
Horti pinguntur floribus innumeris.
Nunc agri lætas ſegetes & gramina portant,
Dulces demulcent jam loca cuncta ſoni.
Majeſtas Maio *jam det nova nomina*: Maius
Dat Majeſtati *quæ bona cunque tulit.*

Iunius

Iunius producens.

Maïus *exultat, reliquoſq; menſes*
Deſpicit, Regem quia bis reduxit:
Maius *eſt tanto, niſi ſit ſuperbus,*
Munere felix.

Junius Maio *prior: hic reduxit,*
Ille produxit; genitricis alvo et
Efferens dias dedit intueri
Luminis oras.

Junio Janus *dederit priores,*
Junio Maius *quoque cedat, eſto*
Junius *feſtos celebrandus inter*
Primus & unus.

Annus *eſt Regi* Jubilæus *iſte,*
Jubilent *Scoti,* à *Domino precantes*
Junius *Regi ut renovet virentem*
Flore Juventam.

A. S.

Ευκτικοπαραγγελτικόν.

Ecce Dies *rediit* niveo *ſignanda* Lapillo,
Aut cretâ, *aut, ſi qua eſt, nobiliore notâ;*
Conſcia divini partus, uberrima meſſis
Ingeniis, Muſis optima materies
Phœbe *veni rutilos auro redimite capillos,*
Parnaſſum & Xanthi *linque fluenta vagi.*
Jndue Sidonio tinctam bis murice veſtem,
Nève arcum pigeat condere, ſume Lyram.
Lux fidibus celebranda tuis, fidibuſque ſororum,
Hac nata Aonii eſt gloria prima chori.
Naſcenti lætum Parcæ *cecinere triumphum,*
Et dederant vni tres tria ſceptra Deæ.
Dicite Io *cives &* Io *bis dicite cives,*
Natalis nobis omnibus iſte dies.
Hauſimus ex illo nitidæ primordia lucis,
Cœpimus atque aurâ liberiore frui.
Pallentes violas, Nardumq;, Thymumq;, Crocumque
Congerite, & pictis Lilia miſta Roſis.
Farre pio, & caſtâ proni veneremur acerrâ,
Sacrificiſque crepent maſcula thura focis:
Qualia odoratis naſcuntur plurima glebis,
Quæ Saba *vel dives qualia mittit* Arabs.

Pulſentur pelves & tintinabula fanis
Omnibus, auſpicio lux eat iſta bono.
Ah quid ceſſamus reſides in vota, preceſque?
Lux monet hæc ſummum ſollicitare DEUM.
Non te ſumme parens Ophyres *jam poſcimus* aurum,
Non petimus culti jugera lata ſoli,
Sed Regi firmam per ſæcula plura ſalutem;
Noſtra ſit vt ſalvo principe firma ſalus.
Jam decies quinos egit feliciter annos,
O decies denos adde benigne parens.

ΔΙΤΤΟΣ ΦΟΙΒΟΣ.

ILla dies, *primis qua* REX *vagitibus auras*
Hauſerat, in gyrum jam redit acta ſuum.
Sol Cancrũ *ingrediens cancros imitatur,*
Langidus averſis incipit ire rotis. (*et ultro*
Phœbe *caput nitidum radiis præcincte coruſcis,*
Qui regis igniferâ ſidera pura face,
Nulla Thyeſteæ *properantur fercula* menſæ,
Quid fugis? haud Atreus *impius exta coquit.*
Sol novus *exoritur, veteris virtute fugacis*
Vix opus. Anne citæ eſt hæc tibi cauſa fugæ?

AD CIVES UT NATALEM REGIS Feſtum habeant Παραινετικὸν.

NOn nunc inverſum contriſtat Aquari annũ
Vaſta nec Æoliis flatibus antra patent.
Non jam convexis dependet ſtiria tectis,
Nec colit aſtricto fluminis unda gelu:
Sed nitet auratis radiis puriſſimus aër,
Halcyone ſtratis æquora mulcet aquis.
Arva micant violis, atque æternis Amaranthis,
Fulgent prata roſis, quas legat alma Venus.
Omnia ſint operata Deo: ne fœmina tractet
Fuſum, aut Lanificæ *penſa ſevera* Deæ.
Claudat oves paſtor, curvus requieſcat arator,
Nec ſcindat pinguem vomere taurus humum:
Sed ſtratas ornent genialia fercula menſas,
Et furno, aut calido cocta placenta foco.

Non

Non juvet Agricolas Lapathus, malvæque ſalubres,
Agnus at infeſti raptus ab ore lupi;
Aut lepus, aut captus laqueo grus advena tento,
Aut turdus curæ præmia grata ſuæ.
Nam Princeps errare boves, inflare cicutas,
Capros & pingues paſcere juſſit oves:
Juſſerat & rudibus redimitos tempora ſertis
Ad non compoſitos membra movere modos.
Vos quibus eſt ſors læta magis, magis ampla ſupellex,
Inſtruite O feſtas annua ſacra, dapes.
Stet defæcati gravis amphora plena falerni,
Promite & annoſis condita vina cadis.
Tibia miſta lyræ reſonet Berecynthia Buxus,
Dulcia Pieriis plectra movete modis.
Perſonet auratâ citharâ crinitus Iopas,
Aut potius ſumptâ cantet Apollo *lyrâ.*
Dulcibus alloquiis æſtivam fallite noctem,
Dat veniam nato Principe juris apex.
Magne adſiſte lubens Genie & tua ſacra frequenta,
Dexter ades votis ominibuſque piis;
Dexter ades, nardo, ſyrioque perunctus amomo,
Flores, vina tibi, debita thura cape.
Juſſus adeſt Genius, nec dedignatus honorem
Accumbit, poſitas libat & ore dapes.
Securam miſeris vellit mortalibus aurem,
Et memores fluxi temporis eſſe jubet.
Conſiliis morem gerimus, monitiſque benignis:
Det Regi Pylii *ſæcula terna ſenis.*
Det ſaltem æſtates novies implere novenas,
Vitæ hominis ſummus qui ſolet eſſe gradus.
Divino totidem tribuit vis illa Platoni:
REX *prior ingenio eſt, imperi que prior.*
Det Regi corpus vegetum, mentiſque ſerenæ
Lumina, non ullis lumina fuſca malis.
Interea fauſtos per longa precabimur annos
Tempora quæ vitæ ſint ſocianda piæ.
Adſpirant precibus præſentia Numina noſtris,
Nec fiunt rapidis irrita vota Notis.

HENRICUS DANSKINUS.

THE KINGS MAIESTIE CAME TO THE BURGH OF STERLING

On Munday the last of *Junij*,

Where at his Maiesties entrie this subsequent speach was deliuered in name of the Towne by Master Robert Murray Commissar there.

MOst Sacred SOVERAINE,
Amongst the manie comforts wee enjoy under this your calme and moſt glorious reigne, this is not the leaſt that your Majeſtie deignes to heare your owne Welcomes, and diſdaines not the humble applauſe of your meaneſt Subjects, no more then *Auguſtus Cæſar* did when in name of the Senate and People of *Rome*, *Valerius Meſſala* welcomed and ſaluted him, PATREM PATRIÆ, which (as hee anſwered) was the hight of his deſires, and beyond which hee had nothing more to ſollicite the GODS for; Provyding onlie that That harmonie could continue, and bee the laſt ſound ſhould ſtrick his dying eare.

I your Majeſties moſt humble Subject in name of the Magiſtrats and indwellers of this your ancient Towne, in all reverence moſt hartlie and juſtlie Welcome and ſalute your Majeſtie, PATREM PATRIÆ after this your happie returne to your late languiſhing bot now fullie contented Cuntrie.

What heart wold not breake? what eye not drowne it ſelfe in teares for the ſo long abſence of ſo wel-beloved and ſo much loving a Prince: A King ſecund unto no other, and farre from any ſecund, matchles in birth and Royall diſcent, bot more in Heroïcall and amazing vertues. What bleſſing did euer Almightie GOD impart to any Prince, which hee hath not powred upon you Sr? or what doeth any people enjoy, which wee haue not aboundantlie by you?

Much is recorded in the Calenders of *Fame* of that Macedonian Conqueror *Alexander*; and not without cauſe perhaps was hee entitled *Great*, bot his violence and pryd (like deep skarres in a wel proportioned face) were ſtaynes unto his other qualities: Yee are great Sr. bot with greatnes good: which are in you ſo combined that your greatnes hath euer extended your goodnes, and your goodnes hath been occaſion of your greatnes, your Dominions are large and ample, yet neither acquired nor cemented with blood: By due right and lawfull ſucceſſion did yee come unto them, and with great equitie doe you governe them. Clemencie which one calleth *Dos Regum*, which maketh men like unto GOD, hath been the ſquare of your Majeſties actions: yee haue not only bein a King ouer others, bot yee haue learned to command and bee a King over your ſelfe, to which governament all others, if compa-

pared

red ſhall bee of ſmall moment.

Trajan for his beneficence towards the Learned, the conforming himſelfe to his owne Lawes, for his great courtaſie and liberalitie, obteined the name of *Optimus*, a title more glorious then any triumph: which me thinks might be more competent to your Majeſtie, who not art a reformer of Lawes and a conformer of your actions vnto them, but whoſe pure and ſpotles life is a Law to your ſubjects, and may be ane exemplarie to all after Princes: Who not onlie cheriſhes the Learned, but art learned your ſelfe; whoſe manie manie writtings, if they had been in the former ages, ſure had been kept in gold and Cedar, and which as they are aboue all Envye, ſhall in ſpight of dayes wraſtle and overcome time. As for your courtaſie and liberalitie I think euen the *Antipodes* haue hard of it. *Nemo triſtis deceſſit a facie Imperatoris.* But why travell I ſo farre in heathen Stories? when I fix my eyes vpon your Majeſtie *Conſtantine* the great ſtraight preſenteth himſelfe to my wandring and wondring thoghts. Hee extended the limits of his Empyre farre beyond the reach of his predeceſſors: ſo hath your M. yours: for bloodie warr's and diſſentions which hee found in the world, Hee left peace; And haue not Yee done the ſame? Hee mainteined Chriſtians, and are not Yee the Defender of the Faith? The Kirk of GOD here, which in your minoritie ſeemed but a weake youngling, hath by you attain'd both to her full ſtature & ſtrenght. Hee by the aſſemblies and determinations of grave Biſhops and Kirk-men deſtroyed hereſies, to the great advancement of Religion. And hath not your M. (as witnes your late diligence) endevored as much for the ſame? So that in theſe your M. happie dayes Atheiſme is vnknown, Ignorance removed, Superſtition & Idolatrie baniſhed, Kirks are planted, their revenues augmented, and Knowledge daylie groweth more. Many worthy and profitable Lawes did *Conſtantine* eſtabliſh amongſt the *Romans*, And what hath not your M. done not onlie for the making, but execution of good Lawes heere? So that they are not now (as of old) like ſpiders webs, which take hold of the ſmall and let paſſe the greate, but like nets for Lyons and Bores, which hold faſteſt the moſt mightie: By which now it is come to paſſe, that the moſt ſavage parts of this Countrie haue looſed of their wyld nature, and become tame; where are now the broyles of the Borders? where the deadlie feads and ignoble factions of the Nobles? the ſtryf of Barrons & Gentlemen? where is that woolfiſh crueltie of the Clans in the Jles

and

and far heigh Lands? ar not all now by your M. wyſe providence and governament, vnder GOD, either aboliſhed or amended? And ſo juſtlie wee may avouch *Scotiam inveniſti Lateritiam, Marmoream feciſti*, and alſo averre you to be with *Auguſtus* PATREM PATRIÆ, with *Alexander*, NAGNUM, with *Trajan*, OPTIMUM, and with *Conſtantine* RELIGIOSUM. And that which is more then wonderfull wee may boldie ſay it *Quæ data ſunt aliis ſingula, cuncta tibi.*

J might heere looſe my ſelfe in the weaſt Ocean of your M. worth ſayling beyond my Lyne; if this your M. Litle, but loving Towne did not becken to mee now to anker and ſpeak ſomwhat towards her.

This Towne though ſhee may iuſtlie waunt of her naturall beautie and impregnable ſituation, the one occaſioned by the laberynths of the delighſome *Forth*, with the deliciouſnes of her valayes, and the heards of *Deare* in her Park. the other by the ſtatlie Rock on which ſhee is raiſed; though ſhee may eſteme her ſelfe famous by worthy founders, reedifiers, and the enlargers, of her manie Priviledges; *Agricola* (who in the dayes of GALDUS fortified her) KENNETH the ſecund, who heere encamped and raiſed the *Picts*) MALCOLME the ſecund, ALEXANDER the firſt, WILLIAM the Lyon; Yet doeth ſhee eſteme this her onlie glorie and worthieſt praiſe, that ſhee was the place of your M. Education, that theſe ſacred brows, which now beare the weghtie Diademes of three invincible Nations, wer empalled with their firſt heere; And that this day the onlie man of Kings, and the worthieſt King of men, on whom the eye of heaven glaunceth, deignes (a iuſt reward of all theſe cares and toyles which followed your Cradle) to viſit her. Now her burgeſſes as they haue euer bein to your M. anceſtors obedient and loyall, They heere proteſt and depoſe to offer wp their fortunes, and ſacrifice their lives in maintenance & defence of your ſacred Perſon and Royall dignitie, and that they ſhall ever continue thus to your worthie progenie; but long long may you live. And let ws ſtill importune the Almightie

That your happie dayes may not be done,
Till the great comming of his Sonne,
And that your wealth, your joyes, and peace,
May as your raigne, and yeares increaſe. *Amen.*

After this ſpeach was heard by his M. theſe ſubſequent Poëms wer preſented.

Regiæ M. Sterlinum ingredienti,

Συγχαρτικὸν.

I Te procul, procul ite elegi miſerabile carmen,
Læta cano; tu pande biceps Parnaſſe receſſus
Parthenios, voſque ô ſuperûm juſtiſſima cura,
Forthiades Muſæ, læta aſpirate canenti.
Nuper (adhuc memini) quà nubifer Apenninus
Ille, per immenſos, ſalebroſa cacumina, tractus,
Anfractuſque vagos, tua Grampie, *perpete dorſo,*
Tramiteque obliquo diffindens rura, coercet
Hinc Glottæ, *inde* Deæ *ripas; quàque agmine leni*
Fortha *recurvato ludens mæandrius alveo*
Tortum ſulcat iter, quâ multùm clade Gradivi
Tuæda *fatigatus* Scotos *diſterminat* Anglis,
Naïades Dryadeſque, & *veri quicquid ubique*
Numinis eſſe Deûm putat inconſulta vetuſtas,
Audiit attonitus prope ternas orbe recurrens
Phœbus *Olympiadas, planctus* è *vallibus imis*
Edere luctiſonos, infandi ſigna doloris.
Verùm una ante alias mœſtas iterare querelas,
(*Una* Caledonias *inter pulcherrima Nymphas*)
Ingeminans curas, quâ ſese Tetha *reflexis*
Miſcet aquis, veterumque patrum decora alta ſuperbè
Deſpectant magni ſinuoſa volumina Forthæ.
Hinc planctus, gemituſque cavis lachrymabilis antris
Horrendùm inſonuere; dies non ulla dolorem
Eſt lenire potis; lachrymantem ſole cadente
Continuata videt luci nox, luxque tenebris.
Qualis ubi longè fortunatiſſima quondam,
Biſſenos olim thalamos viſura ſuperbos,
Nunc heu ſpe ſurgentum viduata nepotum
Tantalis obriguit, magnæ quondam æmula divæ,
Et rigidæ duro lachrymæ de marmore ſudant;
Dum deſolatos numeroſa prole penateis

Orba

Orba gemit, planctuque animi miseranda fatigat
Astra, superba malæ luitura opprobria linguæ.
Ergo evicta dolore gravi, suspiriaque alto
Corde trahens, surdas onerare his quæstibus aures.
Siccine dedecores illustribus ornamentis
Scotiadæ exciderint, genus alto à sanguine magni
FERGUSII, *illius, quo vindice* Scoto-britanni
Imperij surrexit apex, cui dedita debent
Sceptra securigeri per tot vaga sæcula Reges,
Et bene apud memores veteris stat gratia facti?
Sic Regem, & regis sobolem, atque insignia regni
Per varios casus, per mille volumina rerum,
Per tot avos longa serie transmissa nepotum
Transtulerit Saxo, *tanquam de Marte triumphos?*
Nempe eheu toties ideo repulisse superbi
Vincula servitii, indocileis Mavortia Scotos
Pectora, degeneri submittere colla capistro?
An verò toties hostilia Cæsaris arma,
Et formidati victricia signa Severi,
An juga Gallorum *libertati insidiantûm,*
Intentata ideo virtus sprevisset avita?
Danorumque *minas ausis immanibus ultro*
Insultantûm? Eheu generosos siccine tandem,
Sic cecidisse animos, & nescia pectora vinci?
Scilicet ô quibus auspiciis primordia dura
Regni jacta, quibus, quibus O fundata periclis,
Testis Coila, *tui quà fuso* Brittone *campi*
Incaluere, & certa fides, vestigia tantæ
Cladis adhuc superant, quæ nulla aboleverit ætas.
Sed quid ego hæc autem necquicquam ingrata revolvo
Quidve juvat vanas frustra effutisse querelas?
Jam tandem agnosco præsentia numina, nempe
Hoc Deus & cœli non eluctabilis ordo
Exigit, hoc rata fata jubent, ignara moveri.
Huc fatale vocat, trahit huc venerabile marmor,
(Illa GATHELIACI *quondam primordia regni)*
Nobile ab auriferis traductum marmor arenis
Vsque Tagi, *Tarteßiacis quà* Phœbus *in undis*
Fessos condit equos: Nec te præsaga futuri
Seria, (sera licet) spes, auguriumque fefellit,

FERGUSIO *generate, tuis illa omina fatis*
(Omina multùm irrisa diu, sed an irrita tandem?)
Debentur: Tibi ter gemini diademata regni
(Fra licet, livorque crepet) transmisit habenda
Nulli unquam temerata impunè suprema voluntas
Fata recognoscens divæ morientis Elisæ.
Quin tu (si quid frontis habes) demum improbe livor
Cede Deo, non fas obniti aut tendere contra:
O famæ ambitiosa fames, malesuadaque, tandem
Pone supercilium, numenque, atque omen adora,
Sternuus: Illa, Tăi *à ripis insignia quondam*
Transdita, parta manu non sunt de Marte trophæa;
Non ita degeneres animos, obtusaque Scoti
Pectora gestamus, nostro ut procul orbe quadrigas
Phœbus *agat: quod si nescis; fatalia quondam*
Fatorum monumenta Tāus *præsagus ab Arcto*
Præmisit Tamesin, *redivivæ ad mœnia* Trojæ,
Haud equidem sine mente reor, sine numine divûm
Sic, quæ fatidici cecinere oracula patres
(Illa quidem indignis oracula mersa tenebris)
Non elusa, vides, eventu sanciit ille
Fatorum præses, mundo mirante, ratamque
Jussit habere fidem: Nec te Leoparde, Leoni
Naturâ mandante, piget famularier: istis
Macte quidem obsequiis, ista pietate, fideque.
O pietas, pietas etiam gratissima functæ,
Si quis sensus apud maneis, atque infera regna!
Mentior, his olim nisi promeruisse juvabit
Officiis Anglos. *Perge & quæ fœdere junxit*
Consensu stabilita hominum Natura, Deusque;
Crede nefas violare: & nunquam invita, sequacis
Concentu lenita Lyræ trahe Lilia tecum,
Ut tandem unitis conjuncta Britannia *regnis,*
Et quæcunque Caledonio *jacet insula ponto,*
Francia, lërna, *diu nimium quassata procellis*
Gradivi, *unanimes coeant sub signa Leonis,*
Auspiciis Scotangle *tuis: hæc gloria soli*
Fergusidûm *tibi debetur, sortem hanc tibi soli*
Fata reservarunt: quod nec pro avita priorum
Sæcula inaudierint, postquam data fata secutus
Ille Anchisiades profugâ cum classe suorum Laom-

Laomedontęa fugiens incendia Troiæ,
Primæ Britanniacæ dedit incunabula terræ.
Sic viſum, ſuperumque animo hæc ſententia ſedit.
Noſque tui meriti pars quantula (maxime Regum
Rex Jacobe *) tuo læti gratamur honori:*
(Si quid id eſt) Satis in magnis voluiſſe, quod vnum
Poſſe datur: Nec me vlla dies, (vos ſydera teſtor)
Ingratam arguerit, ne in publica gaudia peccem,
Gaudia, ſed dulci (fas verum dicere) amaro
Illita, (da veniam, quis enim modus adſit amori?)
Scilicet abſentem te Scotobritannides *omnes,*
Vnum omnes mœſtis ſuſpiravere querelis.
Nulla etenim (quam vis miſera hæc ſolatia) nulla
Non ſat acerba ſuper que tulit diſpendia, quanta
Fallor longa dies olim an cum fœnore penſet.
Sed ſi privato fas indulgere dolori,
Quis mihi te, tecumque eheu ſimul omnia ademptum
Flere vetet; te, quem dias in luminis oras
Emerſum, hiſce vlnis excepi, & ſedula fovi?
His olim officiis vietæque inopique ſenectæ
Præmia ſpondebam, (certè vel judice temet,
Et volui ſimul & merui officoſa videri.)
Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum:
Nec verò deluſam animi fruſtrata fuiſſet
Blandula ſpes, ſi poſſe frui te fata dediſſent.
Ergo ego Tyndaridi dudum æquiparanda lacænæ,
Aut quam in Gargaphiis olim malè viderat vndis
Inſcius Actæon; *aut, ſi hîc certare licebit,*
Alma Paphi regina, tibi; Mars ſi audiat, ipſi,
Nunc obducta ſitu, & gemitu miſerabilis ægro
Congreſſus pertæſa hominum, & conſortia tecta,
Dehinc in ſquallenteis concedam ſola latebras,
Et præſaga mali, nec jam reparabilis vlla
Arte, gemam viduos desolatosque penateis
Sola relicta, tui nec enim ſpes vlla videndi
Amplius, & notas audire & reddere voces.
Dum queror, eâq; cavis reſponsans vallibus Echo
Adgemit, & planctu ſuperos queribunda fatigo,
Per tria luſtra, animam pariter lucemque perosa:
Ecce ab Erythræis emergens Phosphorus, vndis

Reſtituit jubar auricomum, tenebriſque fugatis
Illa mihi multùm votis ambita, diuque
Suſpirata, dies, vix expectata, refulſit.
Surrigere, & lucem inviſam, cœlumque tueri,
Vt nunqnam poſt prima ortus cunabula noſtri
Sic mihi det lachrymis languentia lumina Phœbus,
Candidiore dies luſtrarit lampade terras.
O ſalve, ô ſalve Pario ſignanda lapillo
Feſta dies: en feſta dies, tibi fauſta precamur
Omnia, te meritò multùm ſalvere jubemus.
Ne vivam (lux alma) niſi dum ſpiritus artus
Hoſce regit, mihi tu vel primas inter habenda
Delicias, patrio reducem quæ limine Regem
Siſtis, & arridens blandè, das cernere vultus
Sidereos; vultus Phœbi, *cum in culmine Olympi*
Flammivomum conſcendit iter, mage luce ſerenos.
Veniſti tandem, tandem mea ſola voluptas
Veniſtine? O luce mihi dilectior ipſa?
Vt te, Rex Jacobe, *lubens exoſculor, ut te*
Hiſce vlnis, hiſce inquam animus mî amplectier vlnis
Geſtit ovans; quibus inſomneis nocteſque dieſque
Geſtavi invigilans, queis tu ſuffultus, eburnêo
Circum aptans arctè puerilia brachia collo
Oſcula blanda dabas? vt te (dulciſſime rerum)
Intueor, poſt tot ſoles, quibus anxia vitam
Exegi, quibus informi ſqualore, ſituque
Obſita conſenui? viden vt liventia triſtis
Ora notet pallor? jejunaque corpore toto
Inſedit macies? ſiccis vix oſſibus hæret
Laxa cutis, Jam jamque (viden) moribunda fatiſcit,
Exangueiſque trahit dubio in diſcrimine vita
Ægra moras? vt te, rerum meta vltima, rerum
Vna attritarum ſpes, & ſacra anchora, cives
Defeſſi aſpiciunt? Poſtquam hinc tibi debita fatis
Illa ſecundarum accerſunt faſtigia rerum,
Dulce nihil ſine te, ſine te, (mea maxima cura)
Dulce nihil; tecum vna omnes Veneresque, Saleſque
Continuò ceſſere; ſimul ſanguiſque colorque
Et decor in roſeo formæ ſpectabilis ore
Protinus in tenueis abiere evanida ventos.

At ſi-

Assimulac Phœbus luctus miseratus acerbos
Et volvenda dies, Adamantæisque tabellis
Jnsidenda, meos tandem mihi reddidit ignes,
Et mihi me, cessere procul luctusque dolorque
Anxifer æque fuga trepida facto agmine curæ
Excessere procul; rediit sanguisque colorque
Extemplò, aureolis rediit decor ille labellis.
En blandis affusa genis quæ gratia? quantus
Tristitiæ excussis nebulis, in fronte serenâ
Surgit honos, quantum egregio decus enitet ore.
Qualis ab exequiis Phœnix *redivivus avitis*
Exuviis positis turpi & squalore senectæ
Jnduitur juvenile decus vernante juventâ.
Nonne vides quantùm insolito trepidantia motu
Exultent? immane (viden) præcordia quantum
Lætitiæ testeis gravido de pectore voces
Fructare juvat! Tu quæ mihi conscia luctus
Jnfandi, indigenis Echo *cognata cavernis*
Esto testis ad hæc; vosque O pulsata querelis
Antra meis toties, & non ingrata gementi;
Vosque cavæ valles; vos O collesque supini
Fn versa gaudete vice hæc communia mecum
Gaudia: nonne vides umbrosa cacumina nutu
Certatim insueto nemorum motare recessus?
Jlle tuus (nam parva loquor) natalis ab undis
Diffusus, lateque vagus sua brachia claustris
Porrigit effractis, & non obscura daturus
Lætitiæ documenta suæ, stitit ecce recurvo
Flumine suspenso referens vestigia gressu
Fortha *Pater, refluisque vadis submissus adorat*
Regis *honoratum caput, & tanto hospite gaudens*
Magnificus ostentat opes: en adspice, quanto
Surgat honore suo, quanta reverentia alumno!
Jpse etiam vitreas Nymphæ Oceanitides undas
Deseruere, suis videas excîta cavernis
Numina, ceruleo quot habet sub gurgite Pontus.
Hinc Concha Triton pendente è mole canora
Rauciſonûm de more canens, agit agmina præse.
Fcce alia Aegæon regione immania Cete
Terga premens, altè invehitur, Forthæque *fluenta*

Squamigerûm magna pecudum ſtipante caterva
Lata ſubit, curvos illinc Delphines opacis
Proſiluiſſe antris, illinc adnare videbis
Certatim ex imo Neptunia monſtra profundo.
Tum verò in numerum plauſu fremituque ſonoro
Ludere, tum feſtas videas agitare choreas.
Dumq́ equitum innumerus impunè immixta catervis
Multùm exoptatum Regem, patriæque parentem,
Civibus adveniſſe ſuo gratantia more,
Nunc multam ingeminant venerabundo ore ſalutem,
Nunc genua inclinant, & prono poplite adorant:
Ecce oblita ſui refluentem gurgitis æſtum
Non ſenſere prius, limo obluctata, reſidens
Quàm nudâ Oceanus jam deſtituiſſet in actâ.
Tantus amor brutis etiam acceſſiſſe labori,
Et non ambiguis teſtari gaudia ſignis.
Te quoque, te, (quamvis Regum clariſſime) quamvis
Auctus avos ſupra atque atavos ingentia & ipſos
Nomina, ne patrios tamen inviſiſſe penateis,
Ne pigeat tecta illa quidem tanto hoſpite longè
Inferiora, at magnorum incunabula avorum,
Vagituſque tui quondam pulſata querelis,
Et puero bene nota tibi: Subiere minores
Numina magna caſas: Quin, majeſtate remiſſa,
(Ni vatum temeranda fides) Rex ipſe deorum
Atque hominum, æthiopas dignatus viſere fuſcos.
Ingredere, O patriiſque ſubi ſuffulta columnis
Atria, regifico ſubſtructa Palatia luxu
Ingens hoſpes ini, cernas de rupe ſuperbâ,
Quantâ mole parant ſubmittere culmina turres
Pinnigeræ, exceptura ſuum Dominum, inq́ verendi
Hoſpitis adventu ſaxa ipſa vlulata reſultant.
Qualis, vana Jovis magni incunabula, Crete
Exultat, ſimul-atque ſuum præſenſit alumnum
Adventare deum, aut, ſi quando inviſit Apollo
Maternam Delon, reboant clamore ſecundo
Antra, cavis horrendùm immugiit icta cavernis
Terra, repercuſſis reſponſat vallibus Echo.
Nos quoque (ſi quid id eſt) muſis operata juventus
Hos tyrocinii fœtus, hæc qualiacunque

O Rex

O REX *prima elementa tuo ſacramus honori:*
Illa quidem, procul illa ſacris Permeſſidos vndis
Nata, nec è liquidis (te judice) fontibus hauſta
Aonidum, ſed ubi tua quondam infirmior ætas
Prima rudimenta hauſit; eò mage grata futura.
At majora dabunt alii, tibi delphica ſacris
Immane ô quantum Cortyna remugiit antris.
En ſacra grandiloqui diuturna ſilentia Phœbi
Ora abruperunt. & nos majora daturi
Argumenta animi grati, duce & auſpice Phœbo.
Scilicet adveniet tempus, (nam credere fas eſt)
Cum gravida imperiis, gens *inclyta* STUARTORUM
Exſeret alta caput, totumque Helicona triumphis
Concutiens, bifido deducet vertice Muſas.

Tuæ Sacratiſsimæ Maieſtati devotiſsima

*H*h *Schola* Sterlinenſis.

REGEM ALVMNVM DECEDENTEM ALLOQUITUR

Sterlinum.

ME miseram, quò vana feror? quò me impetus egit
Inconsultam animi? quid me fugitiva voluptas
Gaudia mente fovens evanida pascit inanem?
Hæc verò, hæc illa est spes ostentata? sed eheu
En prærepta priùs, quàm delibasse daretur:
Quid mihi primævam prodest foviße juventam
REGIS, *& obsequiis provectum, (ignosce dolori)*
Demeruisse piis (hic tu pars magna fuisti
Gentis Areskinæ *domus inclyta, te mihi testem,*
Te testem apello) si demum vrgente senectâ,
Omnibus exhausta ærumnis, rerum omnium egena
Deseror? heu expes, animi malè perdita quò me,
Quò vertam? miseræ quis solamenque senectæ
Subsidiumque feret? saltem super vlla fuisset
Regalis soboles, desiderio anxia corda
Demulcens, curas quæ solaretur aniles,
Non equidem omnino vidua aut deserta viderer.
Siccine Majestas oris veneranda sereni
Cessit, honosque heu augustâ fronte verendus?
Sic mea lux, mea vita abiit, sic optima nostræ
Pars animæ, atque animâ si quid pote carius ipsâ?
Sic demum in tenues mihi spes evanuit auras,
Præsidium, decus, & rerum tutela mearum:
Ergo heu tetrâ illuvie, squalore, situque
Immundo, miserè video mihi tabescendum.
En lachrymæ redierе novæ, jam tristis egestas
Obsessura fores, maciem Jejunia sordeis
Indicit, crudumque jubet renovare dolorem.
Quod si nulla animum datur expugnare facultas,

Et pre

Et precibus tentare nefas, ſi fixa voluntas,
Conſiliumque abitus, ſi te mihi neſcia flecti
Fata negant, patriâque vetant conſidere terrâ,
Enthea ſi revocant vatum præſagia, ſacrum
Sancitura olim venerandi marmoris omen,
Cedendumque Deo, vel, ſi (quod credere dignum eſt)
Te majora manent rerum molimina, dextris
Jſanè, I, ſequere auſpiciis tibi debita fata,
Quò tecunque vocat tantarum gloria rerum
Perge alacer fidenſque animi, quò prævius anteit
Jpſe Deus, tua quò virtus, ſors, ſydera tantâ
Tollere mole parant, cœlique occulta poteſtas:
O tantùm libeat patrios inviſere fines,
Et Nympham alternis rudibus tibi cognitam ab annis,
Hac ſp: ſollicitam ſolabor credula mentem,
Et vidue ſortis mulcebo vtrunque dolorem:
Aut, hoc ſi nimium eſt, ſaltem tranſmitte ſupremam
Ehalantem animam, qui languida lumina dextrâ
Claudat, & extremûm, ſi quis ſuperhalitus errat
Ore legat, tumuloque piis qui juſta parentet
Jnferiis, hoc extremum da munus amanti,
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum: O mihi tum quàm molliter oſſa quieſcent!
Jnterea, ne vanâ fide lactârit inani
Spes animum, faciemque ſemel frontemque ſerenam
Profuerit vidiſſe parùm, quæ ſueta labanteis
Erigere, atque inopem nunquam dimittis inanem,
Reſpice me, & quantùm fugitivæ lucis iniqua
Parca dabit, refove: viden vt mihi torpida membra
Deficiunt? ut crura tremunt? ut genua labaſcunt?
Illaque purpureis quondam æmula labra ſmaragdis;
Et puero laudata tibi, marcore decorem
Amiſere? genas rugæ obſedere ſtrigoſus?
Quam dudum hinc abiens florentem & prole beatam
Liquiſti, nunc orbam, inopem, viduamque videbis.
Tu modò, tu Niobes effœtæ viſcera dextrâ
Tange lupercali, ſenio vernante, reſumet
Prolificas Niobe vires, ut nulla ſuperſint
Vulneris accepti monumenta: en adſpice iniquo
Res privata gemens ſub pondere feſſa laborat.

Jam nunc præcipiti meditatur mole ruinam
Publica res, onerique impar implorat alumni
Regis opem: tibi nutantem, & jam jamque labantem
Sistere fas, lapsarum in te inclinata recumbit
Spes rerum, sine te ipsa Salus *conferre salutem*
Si velit haud valeat: vietæ, effœtæque senectæ
Ne pigeat (Rex magne) piis velle ἀντιλαργεῖν
Officiis, tacito hæc omnes eadem ore precantes
Supplicibus proni votis, populusque Patresque
Exposcunt; per, si qua mei te cura remordet,
Si quando longis singultibus ilia ducens
Te suspiravi, te propter Numina supplex
Thuricremis si quando focis venerata, salutis
Acceptæ monumenta, Deo si munera digna
Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi:
Si quando meritos templis te propter honores
Solliciti indixere patres, damnataque voti
Tympana si manibus, terram pede præpete pernix
Pulsans, votivâ plebs solvit dona tabellâ;
Ah humiles ne sperne animas, & vilia quamvis
Nomina, da monumentum abiens, & pignus amici
Ferre animi, lapsisque velis succurrere rebus.
Sic olim alitibus tibi det proavita secundis
Regna reposcenti Rhodano dare jura subacto
Armorum bellique potens: sic Itala pubes
Ad septem-geminis surgentem collibus urbem
Per saltus monstrare viam, & salebrosa locorum
Gestiat, Eridanus refluo tibi torqueat undas
Gurgite retrogradas, prærupta cacumina pronæ
Submittant Alpes: sic rupto claustra reludat
Objice Penninus: sic cum fatalibus armis
Sacriligæ in superos luiturum opprobria linguæ
Tarpeiâ de rupe Jovem detruseris, ipsa
Roma catenatas tibi porrigat obvia palmas,
Cæsareosque vltro fasceis, trabeamque Quirini:
Sic simulac te huc fata vocant, tua signa sequuti
Quique Mosam Rhenumq; bibunt, quosq; Albula & Ister
Mittit Hyperboreis mavortia pectora ab oris,
Et conjurati veniant ad classica Dani:
Sic tibi, deliciæque patris, spesque altera regni

CAROLUS, *assistat lateri comes, ipse futurus*
Magnis major avis, (sic fas est credere, aviti
Ignoscant manes) & te quoque, CAROLE *magne,*
Major, qui latios fasceis, clavamque trabalem
Primus ad Arctoum traduxti à Tybride Rhenum:
Sic satur annorum Pylios cum excesseris annos
Gloria terrarum quondam, decus addite turmis
Cœlicolûm, prægrande decus, natalibus undis
Stella mices, qualis Cynosura cacumine mundi,
Quâ duce nocturno credit se navita Ponto.

Gulielmus Wallas.

THE

KINGS MAIESTIE CAME TO PERTH

otherwayes called Sainct-Iohnes-towne,

On Saturday the fyft of *July*.

Where at his Maiesties entrie this ſubſequent ſpeach was deliuered in name of the Towne by Iohne Stewart *marchant burgeſſe of the ſaid Burgh.*

THE ANCIENT NATION of the SCOTS, deſcended of the victorious *Greeks* and learned *Ægyptians* (RIGHT HIGH and MIGHTIE PRINCE) was in the chyldhood of her ryſing Empyre greatlie obliſhed to the goodneſſe of GOD. For (what no nation may ſay) the kingdome of SCOTLAND (notwithſtanding the whole nations about, like the lines of a mariners compaſſe direct from the circumference to the Center, had conſpyred her ouerthrow) yet to her infinite glorie hath ſhee continued theſe two thouſand and thrittie yeeres bypaſt vnder the governement of a hundreth and ſeaven Kings, all lineallie ſprung from FERGUS the firſt, free and vntributarie to any forraine Prince vnto this day. The *Romanes* by *Scapula* and *Caius* threatned the SCOTS with thraldom; and *Hadrian* reared à mightie Wall for ſaiftie of his Province in *ſouth-Britane*, but the one found before him King GALDUS, forcing the remaines of his vnſlaine armie, vpon their knees with their hands to heaven, to beg their lyfes; and the other he might heare tell of FERGUS the ſecond, not onlie to haue payed home to the outmoſt farthing *Maximianus* bloodſhed here, with the ſacking of *Rome* there; but lyke-wayes to haue leveld his rampeir with the low earth. The *Danes* from the north renewed eight diverſe battels vpon the SCOTS: but the heaps of their witherd bones left in diverſe corners of this Countrye, lyke the tale Cedars cut doune in mont *Libanus*, may ſhew what mightie *Joſuaes*, deſtroying ſuch ſonnes of *Anak*, haue ſweyed this Kingdomes Scepter heirtofore. The *Jrish* on the weſt dreamed of ane eaſie conqueſt here: and even ſo the *Picts* on the eaſt preſumed to enlarge their bounds after king ALPINS death; but the one found the worth of king GREGORIES valor, and the other felt the weght of king KENNETHS wreath, ſweeping them for their crueltie with the

the beſome of deſtruction. Nor was the river of the Lords-bountie to this people (MOST CHRISTIAN MONARCH) dryed vp in this one benefite: for GOD having determined fiftie yeeres ago to deliver his Kirk in this Kingdome, from the palpable darknes of Papiſticall errors (wherein ſhee had lyen miſerablie plunged ſeaven hundreth and fiftie yeeres) to the trew knowledge of GOD; wherein of before from the midſt of CHRISTS firſt centurie (at which tyme the candleſtick of the goſpell was conveyed to this cuntrie) ſhee had continewed with puritie full eight hundreth yeeres: Even when God had determined to vindicat his Kirk here from Antichriſt to her ancient puritie and bewtie, Then, even then, of his gracious goodnes Hee ordained your M. our gracious Soveraine to be borne. And the heavens, appointing for your moſt happie birth that remarkable poynt of tyme, ſeme to haue poynted out vnto the world to what end yee was borne, even to be that which in no ſmall meaſure your M. hes prooved alreadie; to wit à ſheild of the trew word preached; à defender of the trew faith profeſſed; à ſecond *Conſtantine* to ſupport *Sions* ſecond daughter; the *Lyon* comming out of the forreſt, to deplume the *Eagle*; to darken the *Starr* in the *Creſcents* boſome, and to ſtrype the ſtrumpet of *Rome* ſtark naked, that of à two horned Lambe ſhee may appeare to the world, as ſhee is indeed, à ten horned Devill. And why, except for this, hes the Almightie endowed you with ſuch rare and incomparable gifts, als weal of bodye as of mynd? for not onlie is your M. for princelie vertue repute more liberall than *Alexander*, becauſe more diſcreit; more Juſt than *Trajan*, becauſe more wyſe; and more gracious than *Cæſar*, becauſe more myld: but alſo in ſpirituall diſpoſition à faithfull *Dauid*, for your burning zeal to Gods glorie, yea and more than *Dauid*, becauſe more continent than hee; ane other *Salomon*, for your heavenlie wiſedome in governing Gods Kirk, and more than *Salomon* alſo, becauſe more conſtant than hee; and ane vpright *Joſia*, for your great affection to the puritie of GODS worſhip, and more than *Joſia* lykwayes, becauſe more conſiderat than hee. And is it not for theſe great things that the Almightie hes madè your M. to parallel the thrie Gentile *Nobles* in heroïcall vertue, to equall the thrie Jewiſh *worthies* in conſtant ſtanding to the cauſe of God, and to excell the thrie Chriſtiane *Peires* in chriſtian meiknes? The earth may ſie that the heavens hes fitted your M. for great things, when it beholds your fiftie and four-

fourtein yeeres reigne more peaceable than that of *Augustus*, your governement more happie than that of *Crœsus*, your yok more easie than that of *Salomon*, and your retinew more royall than that of *Ashuerus*, maugré all his hundreth and seaven and tuentie Provinces. The comfortable frutes of these your rare and royall vertues all the Kingdomes about hes tasted Sr, but your owne hes enjoyed the sweitnes therof to the full; and amongst your owne, none more than this your kyndlie Kingdome of SCOTLAND. Whose fourtein yeeres dirie winter, caused be absence, is now turned in à joyfull Summer, by this livelie and lightsome presence of your M. (the bright Sunne of oure firmament) in this your Northerne ascension. Whilst your M. was absent, her feares wer many, her desyres vehement, her hopes either few, or none at all. And how could shee not but be ever fearing, since the least endangering of your sacred person was her totall ruyne? And if the providence of GOD had not otherwayes disponed, then the malice of man proponed, her losse had bein beyond the losse of any cuntrie in the world, because none had so rare à Jewell to be taken from them. What is there beneath the cope of heaven shee could haue desyred to this so glorious and triumphing à returne? not lyk to that of King *Philip*, from that selfe-same cuntrie to *Spaine*, or lyk to that of *Henrie* the thrid from *Pole*; but equaling, yea aboue the returnes of the most valiant and fortunate Emperours in the world. for what they all affected (yet never obtained) here is fullie effected. Could ever this your cuntrie hope, nay dreame, of what shee now enjoyeth? especiallie at such à tyme whan the weightie affaires of the neighbour Kingdomes require both the eye and the aide of so great and wyse à Prince. *France* yet smarting for the blow of her last king: the *Alpes* (though frozen) inflam'd with the choler of *Spaine*: The Low-cuntries making Religion to serve their disordered factions: what was there in ws of such importance as to draw you here? when wee advyse well, of our selfes wee shall find nothing, but when wee think on you Sr, wee shall find that, even that, which is the greatest and most powerfull thing in the world, by which deformitie often appeareth pleasant, LOVE, was in you Sr. which as it is excellentlie rare and great, in so rare and great à Prince, to the whole Kingdome of SCOTLAND, and all the cities thereof, so it hath bein most singulare to *Perth*. J will not speak of your M. Noble Ancestors WILLIAM the Lyon, and ROBERT the-BRUCE, of which the first

(to the example of the *Conquering Greek* who builded *Alexandria* in *Ægypt* on the brink of *Nilus*) did found the Towne of *Perth*, after the overthrow of old *Berth* by inundation, in the midst of this plaine; The other for the great delight hee had in her situation, standing lyk *Seleucus* palace betuix the two famous rivers of Asia, and for the pleasure hee tuik in her valleyes and river lyk *PO* smyling alongs the gardings of *Lombardie*, dowried her with als manie privileges as did *Numa Rome*, or *Cecrops Athens*: But to passe with silence the loue your M. hes kythed to *Perth* from tyme to tyme, it wer a token of sensles ingratitude: for may not your beneficē-ce toward her compair with *Ptolemé* his vindicating of *Memphis* liberties vsurped by *Thebe Ogygia*? To *Alexander* his ratifeing of *Babylons* privileges granted to her by the two preceding Monarchies? and to *Cyrus* his liberall remembrance of *Jerusalem* in his absence ftom her? But chieflie hath your M. vnfenzeit affection to *Perth* manifested it selfe in this point; that being now returnd home againe to your ancient Kingdome and cradle STOTLAND, and not being vnmyndfull of that miraculous delyverie which the Lord, the GOD of your H. saiftiie did giue you out of the bloodie hands of these two vnnaturall traitours within this Towne, your M. hes resolved with that great *Patriarch* from whom yee haue your name, to rear ane altar in that place where yee did find GODS presence in mercie with yow, and to paye these vowes your M. promised to performe; namlie to continew a gracious King and a faithfull protector to *Perth* for euer.

FOR all which most memorable benefits, RIGHT HIGH, and MIGHTIE PRINCE, but most of all for your Maiesties presence and most benigne aspect this day, by which Wee, who these many yeeres bypast in absence of your M. (the sun-shyne of our bewtye) did sitt lyke so manie *Gyrasoles* languishing in the shads of darknes, May now againe lyke als manie *Lizards* delyte our selfes in the sight of your gracious countenance, Wee your Maiesties euer-loyall subjects, the citizens of *Perth*, as heretofore wee haue bein alwayes readie to serve your Highnes to the last gasp, being earnest with GOD for your owne long, and your seeds everlasting reigne over ws in peace; so now praying Almightie GOD, that your Majestie may shyne in the firmament of these Kingdomes lyke *Josuas* Sunne in *Gibeon*, there to dowble the naturall dyett of mans abode vpon Earth, with the citizens of *Jerusalem*, who gaue a shoute to the heaven for joy of King *David* his returne

turne home unto the Citie after his long abſence, Wee bid your Majeſtie moſt hartlie welcome home againe to your ancient kingdome and cradle SCOTLAND, and to this the hart thereof, your Maieſties *Peniel* PERTH.

God ſaue the King.

This preceiding ſpeach being delyvered to his Majeſtie, theſe ſubſequent Poëms wer preſented.

AMARYLLIS EXPOSTULANS,

Ecloga Prima.

ASTALIDES pia turba *Deæ*, quę pectora vatum
Aoniis luſtratis *aquis*, faſtigia montis
Linquite *Pierii*, noſtroſque inviſite campos:
Et mecum placidos mea per violaria flores
Carpite: ſin autem teneras diſcrimina longæ
Tædet inire viæ, terraſque videre repoſtas;
At *Taïdas* ſaltem veſtro perfundite *Nymphas*
Numine, & ingenti dignum date *Daphnide* carmen:
Dum validos gemibunda mei cano pectoris æſtus.

QVinta mihi luctu fluxit trieteris acerbo,
Quàm miſeris abſumpta modis, quàm plena laborum!
Cùm gemitu, lachrymiſque madens, ingrata ſalutis,
In tenebris mecum priſcos meditarer amores;
Ex quo, Daphni, *tuos non æquo ſidere vultus*
Phœbus, *& Auſtralis tenuit plaga fervida terræ,*
Quam Sabrina *ferox*, *& quam* Thamiſeïdes *undæ*,
Quam Deva *occiduum*, *quamq́ alluit* Humber *eoum*
Miſſus in Oceanum; *mihi quot lamenta per auras,*
Quot rivi fluxere genis; *cùm triſtior omni*
Nocte dies, *atros cùm nox inimica dolores*
Ingeminans, *animum prope funere merſit iniquo!*
At reditus nova fama tui ſpem læta ſecundam
Exanimi diffuſa dedit, *longùmque querenti*
Pone metus, Amarylli, *tuos*, *tuus ignis*, *& ardor*
Daphnis, *ait*, *gelidas Auſtro rediturus in Arctos*,
Teque ſuam viſurus adeſt. Vox iſta laborum
Prima tuliſſe mihi finem miſeroque dolori
Viſa: novæ rerum facies, renovata parumper
Lux animum radiis erexit amœna coruſcis.
Jam mea dum numero mihi tempora (qualis amantum
Cura ſolet, longi quæ tædia temporis odit)

En ignara iterum rumore accendor amaro,
Daphnin *ad Oceanum per fluminis oſtia tanti*
Incerto tranſiſſe vado; quàm frigida ſedi,
Quanta movens animo curâ meditabar inani!
An meus antiquos nequicquam oblitus amores
Me fugit? an tenues evanidus exit in auras,
Qui modò firmus amor fundamine certior omni
Creverat? an verò tanti qui pignora amoris
Intercepta manu mihi præripuere nefandâ,
Hos ſtruxere dolos? Atqui nec amœnior vſquam
Terra ſitu patet, aut Naturæ lætior almas
Omniparentis opes placido profundit amictu.
Me Taïdes *venerantur* aquæ, *mea prata* Napęæ
Læta colunt, varioque legunt è flore corollas:
Grampiadeſque *meis gaudent amplexibus vndæ.*
Me pater Oceanus, *quoties nox atra profundis*
Tellurem involvit tenebris, invisit; & idem
Impatiens tolerare moras, quum Phœbus *in alto*
Aethere pallentes ſub terram diſcutit vmbras,
Incurſu mea caſtra novo, mea mœnia lambit;
Nec mihi quod longo tellus habet vlla receſſu
Abnuit, atque aperit terras vbicunque repoſtas.
Hîc tibi Pons; *pons*, Dàphni, *tuus, non vltima curâ*
Pars dignata tuâ, toties redivivus in auras,
Te duce, conſcendit: nec dum te prima juventa
Tempora maturum rebus videre gerendis,
Alter ab vndecimo ſolem cùm volveret annus,
Jam pontis te (magne) tui pia cura momordit.
Nunc quoque marmoreis quòd ſurgit in alta columnis,
Quòd placidâ conveſtit aquas teſtudine, & altum
Carpit iter tutus noctesque dieſque viator,
Muneris eſt hoc, Daphni, *tui: tua gloria tantis*
Fulget imaginibus: dignas vicinia grates,
Quaſque poteſt, Amaryllis *habet: tua nomina ſummis*
Laudibus, & merito grata amplectetur amore.
At gravis hinc noſtram rapit admiratio mentem,
Quòd tu ponte procul, procul hinc Amaryllide, Daphni,
Cærulei per curva Taï *vada tendis in Arcton:*
Quâ tibi nec tutum tremulam conſcendere puppim,
Nec placido datur in terram deſcendere ſaltu.

Heu potes his charum caput objectare periclis,
Nec pontis memor, & veterum ſecurus amorum!
An quod adhuc pendent opera interrupta, manuſque
Jam fabricæ ſublata novas accendit iras?
Anne quod (O certo Deus omina numine firmet!)
In noſtras redeunte plagas, ſubtracta parumper
Tempora, multiplici reddet cumulata voluptas
Fœnore, cùm radioſa tui clementia vultus
Et lachrymas, noctemque mihi, triſteſque tenebras
Diſcutiet, dabiturque pedes contingere ſacros,
Et, priſco de more, piæ dare baſia dextræ.
Haud ſecus, acroſa nocte latens, tenebriſque voluta,
Folliculiſque obducta ſuis, ubi ſolis eöi
Jam jubar, auroramque videt properare ſerenam,
Explicat audaces ſplendentis ad aurea vultus
Lumina, puniceoque rubet ſpectanda colore
Jam rutilans, placidumque nitens exhalat odorem.
Sic reditus lux alma tui Saturnia *ſecum*
Tempora, *& antiquos ævi melioris honores*
Ducet, & ingrati poſito ſqualore doloris,
Ambroſio lætos perfundet lumine vultus.
O precor illa dies pernicibus aurea pennis
Advolet, illa dies niveo ſignanda lapillo,
Quæ mihi me, Magnumque *mihi celeberrima reddet*
Daphnin, *& audaces amplexum mittet in ulnas!*
Hîc ego te (pius urget amor, miſerere fatentis)
Tam longas traxiſſe moras, tam concita amanti
Indulſiſſe tuæ contracto tempora gyro,
Heu doleam, ſileamne, meos miſerata labores?
Dum tu lentius abes, dum me dolor altus in horas
Urit, & eroſis mandit præcordia fibris.
Quid querar? ah ſortis non eſt opus indice noſtræ:
Publica privatis miſerâ permiſta ruinâ
Intereunt, tenueſque premunt ſub pondere cives.
O tècum liceat taciti mihi vulnus amoris,
Quæque imos penetrant curarum nubila ſenſus
In gremium diffuſa tuum (dolor angit amantes)
Sublatis aperire dolis! quia ſolus Apollo,
Solus Apollineâ *celeberrimus arte* Machaon,
Solus es admotis Podalyrius *inclytus herbis.*

Undecimo Cal. Junias 1617.

AMARYLLIS EXULTANS,

Ecloga Secunda.

Ia Amarylli *graves imo de pectore curas*
Mitte libens, lætumq́ hilari caput exere vultu:
En tibi, quæ teneris lachrymas abstergat ocellis,
Expectata dies redit; expectatus in horas
Daphnis *adest, vultuque tuos placatus amico*
Lætius aspectat tria post quinquennia vultus.
Jam tibi sistra sonent, placido cava Cymbala pulsu
Insolitum pæana leves concussa per auras
Ingeminent, iterentque novos cava tympana cantus!
Jam tempus populisse situm, jam strata viarum
Innumeris dentata locis, jam mœnia justo
Aggere conclusis surgent reparata ruinis.
Sed neque fornicibus, pariisve onerosa columnis,
Jam septem post lustra levi properata labore
Incumbent tabulata: suo bonus omnia Daphnis
Aspectu recreata, suoque micantia cultu
Restaurare dabit, prisco cumulanda nitore.
Ergo, Caledoniæ *celeberrima gloria terræ,*
Et gentis spes magna tuæ, cui numen amicum
Sceptrigeros jam quina quater per secula patres
Vel soli numerare dedit; cui ferrea Jani
Limina belligeri validis occlusa catenis,
Lætaque compositis mitescere secula bellis
Annuit æternæ divina potentia dextræ;
Expectate redis; alacri concussa tumultu
Prospicit, & merito venienti assurgit honore
Gens vultus mirata tuos, conjunctaque sceptris
Sceptra piis, hominum nullo madefacta cruore.
Externo toties ferro periisse, suoque
Credita, salva tamen per tot divinitus annos,
Vnica nunc, olim bis quinque Britannia *regnis*
Subdita, quàm placidè sceptrum coalescit in vnum!
Quæ Scoti, *indigenæque prius tenuere* Britanni,

Picto

Pictorumque *manus* Scoto *subjecta* triumpho:
Saxonidum *septem distincta potentia regnis*,
Post Cymbro *submissa truci*, Neustroque *ruenti*,
Nunc fato conjuncta, tuæ dant nomina dextræ.
Neve quis hæredem neget his succedere sceptris,
Aut putet hæc tot regna tuis indebita fatis;
Nullus erat, cuicunque soli pars ulla Britanni
Sceptra tenenda dedit, vero qui sanguine cretum
Te neget esse suo, justisque in regna vocari
Auspiciis, rerumque tibi non cedat habenis,
Si modò vitales etiamnum carperet auras,
Nec tantas in luce moras data fata negassent.
Adspice Brittonum *qui sceptra novissima rexit*
Saxonico *mox pressa* jugo, *cum regna tueri*
Difficiles Fortuna vias inimica dedisset,
Hoste premente gravi, cùm jam diffideret armis;
Cœlitus aflati fertur præsagia vatis
Auribus hæc hausisse, quies ubi solveret artus.
Venit summa dies rerum, miserandaque regni
Fata Britanne *tui, ferus omnia conteret hostis*:
Ulterius tentare trucis discrimina belli
Desine, at ista memor duri solatia casus
Mente reconde. tuo surget de semine Germen,
Quod latè imperio terræ potietur, & armis,
Quâ sese ingenti sinuosa Britannia *tractu*
Porrigit, Oceanique vagis perfunditur undis.
Hinc Abavus *post sæcla* tuus *bis quattuor, idem*
Pugnaces qui pace Rosas, *& amore revinxit*
Brittonum *tibi*, Saxonidûm *tibi tradit habenas*:
Brittonum, Cadovalliaci *quod sanguinis hæres*,
Qui postrema manu Brittonum *vincula torsit*:
Saxonidûm, *tædæ sociatus amore jugalis*,
Saxonidûm, *septena suo qui regna triumpho*
Clauserunt, Cymbris, Neustrisque *petita procellis.*
Hic, junctis post mille rosis discrimina, belli
Civica depositis incendia sustulit armis.
Hinc Maternus Avus *proaviti clara propago*
Connubij, junctæque tori genialis honore (*vit.*
Margaritæ, Angligenûm *commisto sanguine cre-*
Unde abavi fato stirpem rapiente virilem,

Regia

Regia SCOTORUM *ſoboles ſuffecta refecit,*
MARGARITÆ *prognata aviæ de ſemine magnæ.*
An memorem proavum Cymbra genitrice *creatũ*
Neuſtro-Anglum *tædas* SCOTO *qui ſanguine miſcet,*
Ne ſacra non omni ſeries ex parte beatam
Progeniem, tanto decorandam ſtemmate ſignet?
Quis te (HENRICE PATER) *tacitum memorande*
Reginæ *thalamo* MARIÆ *dignate ſuperbo?* (*relinquat*
Vt genus amborum titulis illuſtre parentum
Profluat, vtq; altè ſe ſanguine ſcindat ab vno,
Vtque vnam fato in ſobolem coaleſcat, idemque
Innumeris diadema bonis cum pace decorum:
Quod capiti jam (Daphni) *tuo meliora ſacrarunt*
Tempora, ſopitis innoxia tempora bellis.
Quis tibi Scotigenûm, *germanaque regna parentũ,*
Pictica *qui juſtis fregerunt caſtra trophæis,*
Eripiat, vel ſceptra neget proavita tueri?
Quid, quod & Hectoridûm *titulis accedere tantis*
Gloria, præque aliis nemoralis Hibernia *geſtit?*
Vnde Caledonii *fluxere ab origine* Patres,
Et FERGUSIADÛM *generoſa potentia regum,*
Qui faſtis bis dena ſuis jam ſecula claudunt.
Quod niſi priſcorum fallunt oracula vatum,
En etiam majora manent: felicibus oro
Auſpiciis, quodcunque dabit DEUS, *vtere fato.*
O magni tener orbis amor, quem maxima rerum
Innumeris momenta tenent obnoxia curis;
Seu Romana *tuis, ſeu* Bizantina *triumphis*
Caſtra dabit ſubigenda DEUS; *tu ſorte minores*
Res etiam dignare tuâ meminiſſe, nec vnquam
Pectore perde pio teneros Amaryllidis *ignes,*
Seu propiora tenens, ſeu cum diverſa petentem
Longa ſalebroſo plaga dividet invia tractu:
Quæ te cunque vocant rerum momenta tuarum.
Quàm facili mecum recolo gratiſſima amantis
Pignora mente, meos qui poſt cunabula vultus
Non dedignatus reliquis præponere Nymphis,
Meque, meumque alias ſupra caput extulit vrbes!
Sic pia progenies, ſic & veneranda priorum
Pectora præ reliquis decertavere parentum

Me donis decorare ſuis: tot ſecula teſtor
Ex quo me ferus amne Taüs, *me fluctibus* Almon
Indomitis, priſcos, egere relinquere tractus,
Et genio meliore novas exquirere ſedes:
Ex illo vallemque colo virtutis amœnam
Pulchriùs, egregiamque ſitu cum mœnibus urbem.
Quid Pontem, fluvioſque canam? quid prata decorũ
Hinc atque hinc diffuſa meos cingentia muros?
Quid rapidum Almonem? *qui per tot millia paſſuum*
Oblitus genii, ſine me dum triſtior amnis
Ipſe ſuo dedignatur langueſcere in alveo,
Dum mea per latos luſtrat veſtigia campos,
In mea vibratis ſese dum porrigit ulnis
Mœnia, tranquillo dum me contingere plauſu
Apparat, innocuis pomœria perluit undis:
Non errore viæ, blando ſed amore locorum
Captus, inexhauſtis ut ſerviat undique lymphis:
Quâ ferus irrumpit Boreas, *quà nubibus* Auſter
Nubiculas effundit aquas, quâ veſper olympo
Succedens noctis ſurgentia dirigit aſtra.
Grampiadûm Taüs *ingenti* regnator *aquarum*
Agmine, per pariique fluit, refluitque receſſus
Pontis, & undenos ſubter dilabitur arcus:
Lympidaque, & quali faciem Narciſſus *in unda*
Vidiſſet fato forſan meliore; recurva
Naiades *antra tenent pulchras teſtudine ſedes.*
Quid diverſa ſequar? tua me præſentia donis
Plùs facies auguſta juvat, plùs candor honeſti
Pectoris: ipſe mihi tu munere gratior omni.
Nec data me, ſed dantis amor mea viſcera tangit.
Dum queror abſentem, ſine te dum mœſta relinquor,
Lux oculis ingrata meis vix languida pellit
Nubila curarum: noctes vigilantur amaræ:
Nec mulcere meum ſine te potis ulla voluptas
Pectus, & indomitos animi ſedare dolores,
Nec potis eſt tantam curarum extinguere molem.
O tecum liceat Pylios *quàm longa per annos*
Tempora, volvendis mihi jungere ſecula ſeclis:
Dummodo te noſtris teneat ſecurus in oris
Noſter amor, placidæque neant tibi firma ſenectæ

ſtami-

Stamina lanificæ *fato felice* Sorores.
Heu frustra mea vota cadunt, finemque modumque
Fac lachrymis Amarylli *tuis* :*dum fata dabuntur,*
Læta fruare tuo (*breve cum sit tempus*) *amante.*
Quid tibi pro tantis digna mercede rependam
Muneribus? *tua sors non est opis indiga nostræ:*
Cum merces sit amoris amor, mihi prima voluptas
Daphnin *amare meum est,& amantis ab igne peruri*

HENRICUS ANDERSONUS, *Mercator Perthensis*

AD REGEM
PONS PERTHANUS

MAXIME REX, *nostri solatia maxima luctus*
O toties casus commiserate meos.
Maximus *ille ego sum* Pons, *& modò maximus amnis*
Se pronum in gremio volvit, agitque meo.
Ipse per undenos jacui minùs utilis annos.
Nunc lacer in mediis semirefectus aquis.
Solus eras, animo qui me miseratus amico,
Contuleras census Regia dona tui.
Sive ego Pontifices, *qui nominis omnia nostri*
Præfigunt titulis officiosa suis:
Sive ego Quæstores *animo miserabilis ægro*
Orarem, surdis me ceciniſſe queror.
Eloquar, an fileam! nostri penuria census
Me pro marmoreis ad tabulata vocat.
Urbs Mea, *præ reliquis me commiserata ruinis,*
Exhausit loculos (*heu mea fata!*) *suos.*
Siqua superrestant nostri medicamina morbi,
Solus Apollineâ *fer medicamen* ope.
Me tibi, me patriæ, simul & mihi redde, meisque;
Vt merear titulis justa trophæa meis.

Subsidii expectantissimus
PONS PERTHANUS.

DE REGIS IN SCOTIAM ADVENTU ET IN URBEM PERTHI Introitu

Dialogiſmus Scotiæ & Genij.

GENIUS.

HOI! venit Imperator ille maximus:
Scotis relucet ſidus almum Phoſphorus,
Cœli voluptas, una terræ ſuavitas,
Tutela ponti, terror ingens inferûm.
Sco: *Quis ille noſtras clangor aures perculit?*
Quæ vox? quis ille clamor, ille Maximus
Venit? quis Imperator ille maximus?
Gen: *Cœli tremendus architectus ignei*
Longæ miſertus hyemis ac aſperrimæ,
(Quâ tu parentis orba, ſolis indiga,
Sponſo viduata, Principe illuſtriſſimo;
Mœrore corpus macerata tabido,
Confecta curis torpuiſti languidis)
Huc imperavit remigio celerrimo
Tuus unus ardor, Sol *& illuſtriſſimus*
Remeans ab Auſtro currus ut retorqueat,
Bigiſque tractus ALBIONIS *pervolet,*
Radiiſque frontis entheæ Chryſargyris
Languore gentem maceratam noxio
Recreet, & aurâ mitiore provocet
Virtutis alumnos deſides, in floſculos;
Foveatque ſanctam pace ſancta Eccleſiam.
Sco: *Genie quid inquis? quid novi eſt quod audio?*
Noſtroſne amores, noſtra deſideria
Redire juſſit rector orbis optimus,
Algore fractam me reviſum Scotiam?
Gen: *Juſſit.* Sco: *Supremi num Tonantis nutui*
Obedientem ſe Monarcha præbuit? (*tui*

Gen-

Gen: *Non ſic ſubactâ belliger* Cleoppatrâ
Cæſar *triumpho ſplenduit piratico:*
Nec credo currus clariore eburneos
Pompa, pyropis involutus igneis
Immergit undis Heſperus *cantabricis,*
Quàm glorioſis optimatum copiis
Stipatus, altis hinc & inde ſatrapis,
Monarcha Magnæ *maximus* BRITANNIÆ
Intravit alma Regni aviti limina.
Sco: *Meuſne alumnus ergo, ſpes, feſtivitas,*
Regum meorum, credo, centu-ſeptimus
Venit? Gen: *Triumpho venit ille ſpendido.*
Sco: *Nonuſq; magno ſceptriger à* BRUSIO?
Gen: *Idemq; natus matre* Scoto-Gallicâ.
Sco: *Angliſq; junxit qui roſas eſt abnepos?*
Gen: *Nempe ipſe regna qui revinxit aſpera.*
Sco: *Cujuſque ſeros augurantur poſteros*
Datos Britannis *omne in ævum Principes?*
Gen: *Imo ille* Judæ *qui* Leonis *impetu*
Leo *ſceleſta* Romæ *aduret mœnia.*
Sco: *Referta quantis dicta profers gaudiis*
Condita quali prædicas dulcedine!
Genie ut benignis me beas ſermonibus!
Amabò ſed anne vera quæſo ediſſeris?
Gen. *Mirum volutis mille bis quem ſolibus*
Experta fidum ſemper es ſatellitem,
Rebuſque promtum ſemper in duriſſimis,
An regiis jam nugivendus auribus
Impertinentes obſtruam fallacias?
Sco: *Ignoſce noſtræ quæſo diffidentiæ:*
Ftenim muliebri pertinax eſt ſexui
Hæc indoles, hoc inditum illis ingenî,
Efflictim amantes ſi quid uſquam flagitent,
Altâque decrevere mente perſequi;
Infanda quæque moliuntur, illico
Fallaciarum exercitus conſcribitur:
Parant cohortes: deliguntur copiæ:
Aptant maniplos; milites & inſtruunt:
Prædam bicorni perſequuntur impetu.
Hâc verſipelles blandiuntur lumine:

Illac minaci fronte tundunt mœnia:
Efflagitant; indefinenter expetunt:
Verbis quid opus est? nullus ipsis est modus:
Per fas, nefasque quidlibet nanciscier
Certum: mora omnis est amanti nausea:
Si cui resistas, urget, instat acriùs:
Insanientem insaniorem feceris:
Auritus illis testis instar putridi
Fungi tenetur; nulla credunt auribus:
Vix suspicaces visui credunt suo.
Gen. *Fidem Jehova vestram! ut in orbe infimo*
Contortuplicatis fœminæ sunt moribus!
Sibi requirunt, quam negant cunctis, fidem.
Tamdemne binis hisce credes orbibus,
Quos tu intueris, & ego verso lucidos,
Queis te, polumque conspicor circumfluum;
Tuumque queis Apollinem, *Regem tuum*
Squalentem eois contuor smaragdulis?
Sco. *Meæ salutis anne tu hîc Asclepium*
Vides? Ge. *tuâq; antiquâ in Vrbe, & ædibus*
Perthi. Sco. *decoro cui benignus oppido*
Rex se benignum stare vovit præsidem?
Ge. *Certè.* Sco. *Suoq; pacta sanxit syngrapho*
Ge. *nimirum.* Sco. *Apertâ quando in Vrbis ago*
Distenta vinum depluebant nubila? (râ
Ge. *Memini. Sed altis in poli palatiis*
Dictæus altis dîs amictus Juppiter
Splendore quali, quâ coruscat gloriâ
Nostin? Sco. *reminiscor audiisse.* Ge. *gnaviter*
Te dextroversum, Mater alma, vertito.
Majestate pari tuum
Solamen, Patriæ præsidium suæ
Cernes, semideum tuos
Fulgentem proceres inter, iaspide
Indutâ similes diis.
Sco. *Eheu disperii Genie!*
Ægræ genua labant: prospicio parùm.
Gen. *Istud dii superi vetent;*
Vertat pestiferis Juppiter *hostibus.*
Sco. *Eheu fulgure Regio*

Percu

Percuſſa, exanimis concideram propè:
Vt Solis rutilum jubar
Arctoi faciem perculit obviam!
O pulchræ radiis genæ
Perſtrinxere aciem luminis ut mihi!
Gen. *Regina chara quæſo ne deſpondeas*
Animum, reſumito; & timorem diſcute:
Mens firma rebus multùm in arctis adjuvat.
Sco: *Mihi inquietam multa mentem differũt:*
Germanus ille vultus eſtne Principis,
Quo me benignis intuens aſpectibus
Beabat, arva cùm pererrans pinguia
Falcone pavidas hîc volucres præpete,
Feraſve odoro quæritabat Lælapè?
Gen: *Eſt illa facies ipſa multùm amabilis,*
Regina, quam tu deperibas vnicè,
Ex quo nitentem luce primùm adſpexerat
Polum: ſed hoc eſt vnde meus mihi fluctuat,
Tu quæ ſolebas perſpicacis ingenî
Viſu, & vigore Lyncea antevertere,
Oculis caligans non vides nunc maxima,
Et quæ propinqua non minus vitâ ſient?
Non ſenſus expers illa judicabitur
Quæ vitam adeſſe vix queat ſcire ſuam?
Sco: *Vis hæc amoris* (Genie) *non inſcitiæ eſt:*
Ingentis onere gaudii ſenſus ſtupent.
Quæ valde amamus ea vix habere credimus,
Tam pertinaci ſtudio habere volumus.
An quiſpiam animam adeſſe ſentiat ſuam,
Adeſſe ni animam ſentiat corde in ſuo?
An quiſpiam ſuos amores ſentiat,
Suos ni amores ſentiat corde in ſuo?
Vitam atque amores nunc ſcio præſtò mihi,
Vita *atq;* Amores *cùm ad* Cor *vſq; venerint.*

IOANNES STUARTUS
Mercator Perthenſis.

REGI
PERTHUM INTROEUNTI

ΧΑΡΑΣ ΕΥΝΟΙΑΣ ϗ ΕΝΩΣΕΩΣ

CARMEN.

I Te procul curæ insomnes, procul ite dolores
Curarumq; pater dure faceſſe labor.
Jam decus, et ſeculi renovatrix gloria noſtri
Ad Perthi *rediit flumina læta ſui.*
Pallite qui colitis propter vaga flumina Perthi,
Plaudite quâ liquidis Taüs *inundat aquis.*
Exurgant diæ Charites, *pulchræque* Napææ,
Floribus inſternat candida Flora *viam.*
Eia agite, O Juvenes, lætas celebrate choræas,
Icta pede alterno terra ſonora tremat.
Eia agite & celebrate diem pæana canentes,
Vt vox lætitiæ teſtis ad aſtra volet.
Caſtalides recinant lætæ nova carmina Muſæ,
Et præeat dulces Calliopeia *modos.*
Teſtentur læto proceres ſua gaudia plauſu,
Nec ceſſet plebes concelebrare diem.
Accelerate ſenes, pueri, innuptæque puellæ,
Lætitiâ feſtum concelebrate diem.
Exultate omnes: hæc lux ad gaudia nata eſt:
Inter felices hæc numeranda dies,
Quâ patriæ pacisque pater, fulcrumque piorum,
Et tutela ſacræ Relligionis adeſt.
Ad cœlum attollas modulantem carmina vocem,
Quisquis Scotigenæ *nobile pectus habes.*
Namque ad te (mirum!) jam nunc accedit ab Auſtro
Fronde triumphali Pax *redimita comas.*
I Bellona *furens, teque hinc* Diſcordia *præceps*
Proripe, & infeſtis Ira *ſuperba minis.*
Turcica vos petite, ac Abaddonis *arva cruenti,*
Nulla ubi relligio eſt, nulla ubi ſancta fides.

Felici

Felici oblectet ſe tota Britannia *pace;*
Vera ubi relligio eſt, una ubi ſancta fides.
Qualis Geryones *inter concordia fratres,*
Talis in æternum regna Britanna *liget.*
Chara Caledoniæ *ſoror* Anglia *jnncta maneto,*
Nec vos diſcordes ſentiat ulla dies.
REX *pater vtriſque eſt, & pulchra* Britannia *mater,*
Vna fides nectit, nectat & vnus amor.
Nectat & æternis cœli concordia flammis
Aequæva, & nulla pax violanda die.

ALEXANDER ADAMIDES.
Mercator Perthenſis

HAIOMONIKON.

PRoles *magna Tonantis, alme* Phœbe,
Muſarum decus, eminenſque ſplendor:
Expectate diu, venis decorus
Clarum multiplici caput corona:
Exoptate diu, venis potitus
Palma, curriculo vehens decoro.
Te vnum poſcimus, alme Phœbe, munus;
Phœbe delitiæ, decuſque, amorque,
Phœbe pars animæ, vigorque noſtræ,
Te vnum poſcimus, alme Phœbe, ſi ſors
Mortalis ſuperis ſit vt ſeneſcant,
Seram, vt magnanimum tenens Leonem,
Sera in ſecula tranſigas ſenectam:
Ver longum vt tribuas & expetitum,
Ver brumæ, ah nimis, ah nimis, nimiſque
Longæ & intolerabili, coæquum.
Verùm quò celerem jam ages curulem?
Mutatam o faciem poli ſolique!
Moxne curriculum rotis citatis
Velox in rigidam feres Capellam?
Ah brevi nimis, ah nimis; nimiſque

Nobis ſic hyemem dabis ferocem:
Ah longùm nimis, ah nimis, nimiſque
Nobis ſic hyemem dabis rigentem:
Sicne cuncta ruent (quod ô vetent Dii)
Antiquum in Chaos? ante deſtinatum
Tempus lætitiæ fluentne noſtræ?
Certè cuncta ruent, fluentque; cùm Rex
Motum in Zodiaco ſequutus, Auſtrum
Calentem Boreâ petes relicto.
Ergo curriculum tene ad Leonem,
Siſte curriculum diu ad Leonem,
Donec ſidereï calore vultus
Meſſis ingeniorum amœna latè
Flaveſcat, tibi fonte dedicato
Et mentes ſatientur Hippocrene.
Noſtra tum ignibus (ô Apollo) *ſacris*
Corda accenſa tuis, tuas canendi
Laudes egregias, tuas colendi
Virtutes celebres amore raptæ,
Tollent perpetuis tuas camœnis
Laudes, perpetuò tuæque noſtris
Laudes materies erunt camœnis.

HENRICUS ADAMIDES
Perthenſis.

ELEGIA VRBIS PERTHANÆ.

SAlve noſter amor, Regum optatiſſime, ſalve:
Quanta redux nobis gaudia, quanta creas?
Phœbus ab eoo radiorum ardente corona
Illuſtrat terras, exhilaratque viros,
Sic reditus lux alma tui, Rex optime, vultus,
Dat jubare æthereo nocte dieque frui.
O mea ſpes, mea laus, mea gloria, ſola voluptas!
O decus Aonii, materieſque chori!

Rex

Rex JACOBE, *veni, multis defuncte periclis:*
Nectaris ambrosio flumine tincte, veni.
Non ferrum, non flamma ferox, non dira venena,
Non Sataneæ potuit fraus nocuisse tibi.
Æneа turris erat tibi, Rex, fabricator Olympi:
Hostica terga dedit dilanianda lupis.
Cyrus *ut auspicio supremi Numinis audax*
Reddidit Jsacidum libera colla jugo;
Alta Semiramео fabricata bitumine stravit
Mœnia, regificas depopulatus opes:
Sic tu divinâ redimitus tempora lauro,
Servitio emittes pignora chara Dei:
Servitio Turcæ, & Babylonis carcere solves:
Vt Domini *laudes nocte dieque canant.*
Tarpeioque Jovi lethalia vulnera figes,
Qui bonus arma Jovæ, qui Gedeonis habes.
Ex quo Palladium, Trojanæ gloria gentis,
Raptum erat, à summo culmine Troia ruit:
Sic ubi te cortina Dei, *non ludicra* Phœbi,
Princeps, Saxonidûm jussit adire plagas.
Heu tria lustra dolor lachrymis consumsit obortis,
Visaq; funereas parca tulisse faces.
Interea gemibunda, manus ad sidera tendens,
Cogebar querulos semper inire modos.
Me mea deseruit spes, anchora tuta salutis,
Et premit adversâ sors malefida rotâ.
Heu invisa mihi radiantia lumina Phœbi!
Nec sine Rege placent inclyta regna Jovis.
Olim ego florebam Regum clarissma sedes;
At nunc in cineres gloria strata jacet.
Dives agri! quam dives opum! quam splendida gemis!
Jnque dies Tyrio murice picta fui.
Vndique finitimi nostrum coluere tribunal,
Fascibus assueti subdere colla meis.
Diva fui, cinxitque meos parnassia crines
Gloria, & indulsit Delius ipse Lyram.
Enthea commisit mihi casta sacraria Pallas,
Crediderat numeros Calliopeia *suos.*
Ast ubi terga dedit pars pectoris optima nostri,
Laus fugit, & numeri, Calliopeia, *tui.*

Nocte graves gemitus ſpargit Titania noſtros,
Liventeſque genas Phœbus *ab axe videt.*
Tot premor adverſis, tollit quot in æquora fluctus
Scylla, procelloſis dum ruit Eurus *equis.*
Donec eram felix, Regum & radioſa viderem
Lumina, & amplexum fata dedere mihi;
O quàm bellipotens, oſtroque inſignis & auro,
Et Jove ſupremo conjuge digna fui.
Stravimus horrendis Cimbrorum corpora telis,
Stravimus altorum colla ſuperba Ducum.
O quàm ſæpe Täum *ſpumantem ſanguine vidi!*
Sanguine Danorum, *gloria tanta mea eſt!*
Quanta fuit virtus & quanta potentia, norunt
Cimber, Saxo *potens,* Hectoridumque *genus.*
Vt medio nitet axe dies, placidiſſima lymphis,
Pulchra ſitu, Regum gaudia, amorque fui.
At maleſana meos mutat Rhâmnuſia *vultus,*
Neſcio quo fato, ſed furibunda premit.
Poſt tria luſtra meis accedit purpura faſtis,
Jam poſito luctu carmina læta cano.
Jam fronti vittatus honos: jam vertice laurus:
Pandite Pierides nunc Helicona Deæ.
Aurea quàm fulget roſeis Aurora quadrigis,
Clarius auſtrali venit ab orbe jubar.
Maxime Rex, Phœbus Phœbęaque *turba, ſorores,*
Te reticente ſilent, plectra movente canunt.
Nix mihi, Tindaridis facies deſpecta, Deæque
Cypridis: *at formæ tu decus omne meæ:*
Non ego divitias Cræſi, *non* Perſica *regna*
Opto, ſed amplexus, Cypride digne, tuos.
Malo Cleonæo *meme objeciſſe Leoni,*
Quàm mihi te mea ſpes invida fata negent.
At divûm Interpres tibi miſſus ab æthere ſummo
Præcipit auſtrales mox remeare plagas.
J decus, I noſtrum: felicibus utere ſemper
Auſpiciis, mundi gloria, cura Deûm.
Et vos O ſuperi, Regem ſtipante coronâ
Cingite, terrigenûm ſternite colla ducum.
Sternite purpureâ ſplendentes veſte Tyrannos:
Sternite Tartarei numina dira lacus.

Dii tua cœlesti perfundent tempora olivo,
Gorgoneisque malis impia corda prement.
Nullus erit, qui te furiali percitus æstro
Deturbet solio, Rex generose, tuo.
Palladiis sine Marte reges virtutibus orbem:
Nam tibi pax summo culmine missa poli est.
Tu quibus Hyrcanæ moverunt ubera Tigres,
Mansuetos facies numine, Magne, tuo.
Fœdere coujunges sub utroque jacentia Phœbo,
Quod neq; Mars, neq; Mors solvere dira potest.
Tu religare soles variantem Protea *vultus,*
Tuque Lupos Ovibus conciliare soles.
Fac, Rex alme precor, vultu Fortuna *sereno*
Spectet, uti præsens luminis aura tui.
Tuque Lyræ genialis eris per secula carmen,
Spes, columen, laudis fons & origo meæ.
Donec anhelantes è cardine promet eoo
Phœbus equos Regum gloria semper eris.
Quâ terram Oceanus refluis complectitur undis
Carmine Meonio te super astra feram.
Dum Tãus ipse fluet, vel dum Thamesеides *undæ*
Semper amoris eris fervida flamma mei.

Adamus Andersonus, *Perthensis.*

Εγκωμιαστικὸν.

VNde mihi tantus circum præcordia motus?
Cur agit insolitâ Phœb' *mea viscera flammâ*
Fasne mihi doctâ redimiri tempora lauro?
Abditaq; Aonidum mysteria pandere vatũ?
Nuper ab his, memini, magnâ me voce sacerdos
Arcebat sacris, vetuitque accedere montes.
Ergo Heliconiadûm *mysteria celsa* Sororum
Mirari, & tacitâ venerari mente solebam
Stans procul. At sacros videor nunc scandere colles
Parnassi, *cujus superant fastigia nubes.*
Jam neque Pegaseos Phœbi *Cortina liquores*
Nec Phœbæa *tegit vatum penetralia Laurus:*
Atria Musarum valvis panduntur apertis:

Nec ſua jam Phœbus *foliis oracula mandat:*
Antra ſubire licet: ſua nunc oracula Phœbus
Voce refert clarâ: vocat ad ſua caſtra maniplos
Qui ſua Parnaſſi *ſunt per juga ſigna ſequuti.*
Fallor ni Aoniæ *tibi ſe, generoſe,* Camœnæ
REX JACOBE *parant, citharam tibi magnus* Apollo
Exornat: ſed non ſat habet ſi carmina cycni
Docta ferant, nomenque tuum ſuper æthera tollant;
Verùm & inexpertam jam ſuadet ad arma juventam;
Arma, quibus ſacri rumpant penetralia Pindi.
Celſa tibi Phœbus Parnaſſi culmina, & arcum
Amiſſoſque tibi debere fatetur honores.
Pulſus enim cœlo multos inglorius annos,
Ambroſiâque carens, Citharâ ſpoliatus & arcu
Delituit, multoſque inſomneis ſub Jove *noctes*
Egit, dum Admeti *ſequeretur per juga tauros.*
Tum primùm Phaëtonta *ſuum laudare coegit*
Aſpera ſors, rapidos ſolis qui maluit ignes,
Quàm ferre in Clymenen, *& ſe, convitia matrem.*
Aſt illi fuerat multò ſors durior, illi
Obfuit eſſe deo, quia ſic finire dolores
Poſſe negaverunt occluſo fata ſepulchro.
Tu tamen amiſſos, fruitur queis lætius, honores
Reſtituis, ſoliumque illi, Citharamque, Jovemque
Concilias; tu reddis equos, noctiſque tenebras
Tu removere facis: nunc Python *delphica ſentit*
Tela ferus, totum turpi caligine cœlum
Qui tenuit, cujus fœdabat anhelitus auras.
Ergo tuum ſublime ferant ſuper æthera nomen
Pierides: *utroque tuas in cardine laudes*
A Cancro ad gelidos cantabit Apollo *decembres.*
At tu magnanimûm, tellus fœcunda virorum
SCOTIA, *quàm felix tanto cunabula Regi*
Quæ dederas, quamvis mavortia pectora jactes,
Et genus & multos antiquo à ſtemmate Reges,
Nulla tamen major tibi gloria contigit unquam
Quàm magni cunis JACOBI, *gloria celſum*
Quem ſupra extollit cunctos ſimul ardua Reges;
Debita virtuti veræ ſi gloria merces;
Virtuti, totum radiis quæ illuminat orbem.

Illa

Illa Taüm Tameſi *jungens, prædulcia pacís*
Otia diſtractís per tot vaga ſecula regnís
Aeternís firmat vinclis, & limina Jani
Ferrea compeſcens pacali obſignat Olivâ.
Sic eat; æternam, ſpondent quam ſidera, pacem
Numina non ullo rumpendam tempore ſervent.
Et tua, quam tali felicem numina regno
Fecerunt, Aſtræa *comes cui jungitur, & quam*
Et Themis, *& roſeís comitatur* Suada *labellís,*
Majeſtas auguſta diu precor aurea cernat,
Quæ gladios mutent in duros ſecula raſtros.
Numina ſed (vatum quæ juxta oracla priorum
Decrevere tuis ſubigendam funditus Urbem
Romuleam *auſpiciís) ſolidæ fundamina pacís*
Ne ſpondere putes, Rex illuſtriſsime, donec
Annuat optato tua dextra invicta triumpho.
Ergo age, dum te fata vocant, quod numina ſpondent
Aggredere O felix: perituræ mœnia Romæ
Te duce labantur, ferat & tua dextra Tiaram
Proſtibulo infami, ſtolidum quâ territat orbem.
Sic tibi Dî faciles dederint redituſque viaſque,
Arctoas donec luſtras cunabula ſedes:
Sic votís longam, noſtriſque, tuiſque, petitam
Cætera quæ dederant; donent tibi Numina vitam.

Georgius Stirkæus *Perthenſis.*

THE KINGS MAIESTIE CAME TO THE CITIE OF SAINCT-ANDROES

On Fryday the ellevent day of *July*.

Where at his Maieſties entrie, this ſubſequent ſpeach was deliuered in name of the Towne, by Maiſter HARIE DANSKIN *Scholmaiſter thereof.*

CATULI LEONIS, animalium omnium proximè ſecundum hominem generoſiſſimi, infirmi & informes naſcuntur; bimeſtres vix moventur, non niſi ſemeſtres recto inſiſtunt talo, & gradiuntur: contrà ἡμεροβια illa apud *Hypanim Scythiæ Europæ* fluvium, mane naſcuntur, meridie adoleſcunt, veſperi conſeneſcunt & occidunt. Flores in *Adonidis* hortis vernantes ad auram quamvis, & flatum leviſſimum marceſcunt & corrumpuntur, ita citò nata citò pereunt, & quæ egregia futura ſunt ſerò proveniunt, eorumque incrementa quia lentis & minutis conſtant auctibus per intervalla tantùm ſentiuntur. Enimvero ſi vnquam alias, hoc præſertim tempore opus erat oratione gravi, ſuavi, polita, erudita, liberali, admirabili; hoc materiæ ſubſtratæ dignitas poſcebat, hoc civitatis hujus antiquiſſimæ & celeberrimæ honos flagitabat: hanc autem inordinatam ſylvam, & confuſaneam farraginem neque labor expedivit, neque cura limavit; ſine ingenii accumine, moræ maturitate embryo crudus, partus vrſinus, aut magis viperinus, qui effractis uteri materni repagulis in lucem erumpit; illo ſcilicet cive, cui hę partes erant demandatæ morte, ſibi quidem opportunâ, nobis autem intempeſtivâ, e medio ſublato, qui inclytę huic Civitati a ſcriniis fuit & epiſtolis; Certè hæc una remora navem plenis velis concitatam retardare potuit, quòd coram SERENISSIMO & AUGUSTISSIMO REGE dicendum eſſet, qui ut imperii amplitudine, ita ingenii faſcibus doctiſſimos quoſque longiſſime ſubmovet, apud quem (ut de *Cæſare* dixit *Varius Geminius*) qui dicere audent, ejus ignorant magnitudinem, qui non audent humanitatem. Illud tamen *Plinij* ad *Veſpaſianum*

me consolatur, rustici, multęque gentes Diis lacte supplicant, & mola tantum salsa litant qui non habent thura; nec ulli fuit vitio Deos colere quoquo modo posset. Non est mihi animus REGIS Laudatissimi laudes prosequi, quas neque animo complecti, neque memoria assequi possum: satius enim est eas integras & illibatas cogitationibus vestris reservare, quam carptim & perfunctorie perstringere, summa tantum rerum legam fastigia, & pauca quasi punctis acuminatis signabo, ut illi quibus ætas viget, & ingenium, seminarium habeant unde orationum suarum jugera complere possint. Sed ut apes vere novo exeuntes hęrent & cunctantur qua parte camporum sidere, quid primum, violas ne an thymum, amellum an amaracum delibare velint ac depascere: sic ego hęreo in tam uberi & copiosa dicendi segete, quod exordium, quem orationis meæ exitum inveniam. Rei divinæ olim operantes ad eum mundi cardinem ora oculosque converterunt unde lucis esset principium; ita ego ab eo temporis articulo verba facere incipiam, quo amicum, propitium, nobisque omnibus salutare hoc sidus cæpit affulgere. *Hipparchus* divinorum consiliorum (ut ait *Plinius*) compos, quandam siderum cũ nativitate Regum cognationem esse judicavit stella coronæ specie circa orbem solis interdiu visa *Augustum* felicissimum fore imperatorem portendit & prędixit; estque Lex non lata, sed nata Regum ortum & educationem Deo curæ esse, itaque Deorum filii & διοτρεφεις βασιλης vocantur. O beata mater SCOTIA quæ vel hoc solo nomine florentissima quęque regna multis parasangis antevertis, quicquid ubique terrarum laudabile est tibi uni assurgit. *Creta* εκατομπολις *Jovis* incunabulis nobilitata, *Delosque* geminis reptata numinibus tibi cedit, fidem constare auditis nescimus, SCOTIA dedit Principem quem videmus. Sed heu me miserum tum temporis ægra & pene exanimata decubuisti, vivax est calamitatum recordatio, piaculumque est in tam festa prędentium gaudiorum luce tristia immiscere: prudentes imitabor Medicos altorum vulnerum cicatrices leni & pendenti manu tractabo.

Sed quis vulneribus tam deploratis manum admovit? hic Deorum manus, divina virgula, Deus e machina apparuisti, & ut *Æneas* patrem, ita tu patriam e media flamma servasti, ita SCOTIA horrida, squalida, situ & illuvie immunda succum & sanguinem, speciem & colorem recepit, instarque avis illius *Arabicæ*, quam natura ferunt esse unigenam, moriens revixit. An Regii corporis bona naturæ primigenia primum commemorabo? qualia sunt pulchritudo, incolumitas, sensuum integritas, valetudo, robur

πρωτον ειδος αξιον τυραννιδος. An ullius mortalis forma dignior est imperio? Certe anima tua idoneum sibi metata est hospitium dignumque indole sua finxit habitaculum; in quo hilaritas severitati, humanitas majestati, simplicitas gravitati nihil detrahit, & jam cæsaries insignibus senectutis ad majestatem augendam ornata, ut dubium sit utrum te mentibus nostris virtus an oculis vultus magis insinuet, virtus tua principatum meretur, sed virtuti addit forma suffragium, virtus præstitit ut oporteret te principem fieri, forma ut deceret, Valetudo per DEI gratiam a teneris unguiculis ad hunc usque diem firma, constans, inoffensa, certissimum summæ in vita moderationis indicium, eamque sine Medicorum opera aut medicinæ adminiculo jugiter es tutatus, memor *Adriani, multitudo Medicorum Regem perdidit.* Virium non mediocrium perspicuum est argumentum, quod equos ferocissimos nunc fræno sistas, nunc calcaribus ad cursum incites, ea denique disciplina qua par est commode tractes & modereris. Quod venatione omnibus seculis Regibus gratissima insidiantis otii rubiginem detergas, decisis quippe negotiis Majestati tuæ volupe & familiare est saltus perlustrare, feras cubilibus excutere, montium juga superare, & *Minervam* non minus quam *Dianam* in montibus errare experiris. An a dotibus corporis ad bona (ut vocant) fortunæ veniam? quæ sunt vitæ adminicula, pacis ornamenta, belli nervi & subsidia, tibi pleno cornu humana se felicitas infudit, & eximia DEI Opt. Max. benignitas nihil deesse voluit; quo præcellens & divina animi tui magnitudo promi possit: sed opes tuas in chrysophylaciis & capsulis conditoriis non reponis, verum ad liberalitatis & beneficentiæ opus perpetuo uteris, magnitudinis quippe tuę proprium existimas calcare mortalia, & quæ alii mirantur vel nulla ducere, vel ut mancipia ad virtutis ministerium redigere: neque mirum nectareum puræ putæ Religionis succum cum lacte nutricis hausisti, totaque mente penitus conbibisti, itaque dum hydræ papisticæ renascentia subinde capita conaris amputare, quam ancipitem (horret animus meminisse) gravissimorum periculorum alcam subiisti

Dumque es Romanæ *mastix & malleus aulæ*
Non dubitas vitæ prodigus esse tuæ.

DEUS itaque conjurationes in sacrum tuum caput tam crebro initas; & technis plusquam *Ægyptiis* consutas detexit & patefecit. *Exurgat* DOMINUS, *& hostes Regis uncti sui spiritu oris interficiat, iisque caput virga ferrea diminuat.*

Religioni comitem adjunxisti Justitiam, virtutum reliquarum epitomen, cujus es rigidus satelles, gravis, severus, integer, jus animatum, lex loquens, justitiæ oculus, clavum semper & æquilibrium rectum tenens, sed ἀκριβοδικαιαν ἐπιεικειᾳ justitiæ rigorem clementiæ rore temperare soles, ut anima corpori, pater liberis, ita subditis præsides, talem te iis exhibens cujusmodi Deum tibi deposcis, ad decretorium stylum raro & non nisi invitus accedis, quod boni est medici unguentum sæpius adhibes quam ferrum, insigni unius supplicio multitudinis vitia sæpe sanas, supplicia fulmina sunt paucorum periculo omnium metu cadunt, æs ferrum durissima quæque comminuunt, ceram non attingunt, magnanimi quippe est Leonis

Parcere subjectis & debellare superbos

Caduceum sæpius mittis quam hastam, pacis studia admiraris in quibus veræ virtutes laudis theatrum inveniunt. Vita tua nobis est censura & cynosura, ad hanc dirigimur, ad hanc sequaces ducimur, nec tam imperio moves quam exemplo doces, nihil de illicitis voluptatibus in sacrum pectus admittis, operto conclavis tui non ara *Vestalis* sanctior, non *Pontificis* cubile castius, non *Flaminis* pulvinar erat tam pudicum. Summum imperium summa eruditione ornasti quam monumenta edita & æternitati consecrata luculentissime testantur, summæ eruditioni raram & admirabilem adjunxisti eloquentiam, ne tam precioſæ supellectilis munera in pectoris sacrario supprimantur, nemo veterum Oratorum vel dicenda accuratius cogitavit, vel cogitata prudentius disposuit, vel disposita maturius expedivit: non hic *Carneadis* Academici ubertatem, non *Diogenis* scitam venustatem, non *Critolai* peripatetici modestum stylum, non *Periclis* fulmina, non aurea *Aristotelis* flumina, non mellitam *Nestoris* facundiam desiderares. Denique si Principem fingere & formare velimus, nunquam animo talem concipiemus, in quo laudum concentus, virtutum chorus conspirat, propria commoda proprios affectus exuit, communes induit, tantumque vltra omnium seculorum principes eminet, quantum a privatis cæteri principes recessérunt. Utinam rerum natura pateretur ut *Xenophon* in nostra tempora rediret, qui ad *Cyri* virtutes celebrandas votum potius quam Historiam commodavit, in Rege nostro videret quod in *Cyro* suo tantum optavit. Multi Principes Majestatem Regiam vulgari & prostitui existimant, nisi intra privatos parietes quasi secretum aliquod *Vestale* contineantur, & in umbra domestica jacentes solitudine & silentio muniantur. At

Rex

REX noſter Seren. ſpectari gaudet, turpiter agenti tenebras honeſtæ vitæ lucem convenire arbitratur, itaque omnibus ſe ſpectādum exhibet, nec magis communem hunc diem atq; ſolem, quā Principem noſtrum licet intueri; ſubditorum preces audit verba accipit, nec quiſquam acerba ſtipatoris voce aut duro viatoris verbere ſubmovetur, ut *Imperator* ille qui cum videret tenuiores (quę maxima in populo eſt multitudo) ad ſe viam affectantes a ſatellitibus ſuis arceri, non ſine ſtomacho dixit, *Sinite homines ad me accedere non enim ideo ad Imperium ſum vocatus ut in arca includar.*

Sed heu nos miſeros ut ſolet terra ventis & aquis ſubtermiſſis nutare & dehiſcere: ſic SCOTIA Regis ſui benigniſſimi præſentia qua ſuſtentata fuit jam diu orbata, contremuit & pene ſubſedit. At feliciſſimus in patriam reditus rimas ſiſtit, ſolitudinem pellit, mœrentes conſolatur, jacentes erigit: Gaudent profecto divina perpetuo motu, & jugi agitatione ſe vegetat æternitas, indefeſſa vertigo cœlum agit, ſol loco ſtare neſcit, maria reciprocis æſtibus ſunt inquieta, divinus divina imitaris, ut ſalutare numen ades & aſſiſtis, & velociſſimi ſideris inſtar omnia perluſtras, ſic *Jupiter æthere ſummo deſpiciens mare velivolum terraſque jacentes, Littoraq; & latos populos.* & hæc ſeptemtrionalis orbis tui plaga rigida, frigida, aureo tui vultus jubare illuſtrata caleſcere incipit & inclareſcere. Ad civitatem *Andreanam* antiquitate ſi non primam, celebritate ſaltem nulli inter gentiles ſecundam ab Invictiſſimis tuis Majoribus fundatam a M. tua permultis privilegiis prerogativis & immunitatibus ſplendidiſſime exornatam feliciter es advectus: alias quidem urbes in tranſcurſu & quaſi per tranſennam, hanc autem conſultò & data opera, licet in ſeceſſu ſitam & ſtudiis tantum florentem ignobilis Oti inviſere non es dedignatus. De illibata & conſtante civium erga ſacram tuam M. fide & obſervantia, multis documentis cognita & explorata dicere non eſt neceſſe: de ſitus opportunitate & amœnitate, aëris ſalubritate & temperie, de fanis baſilicis, ſacris pyramidibus, de publicarum & privatarū ædium ſplendore & magnificentia: de foro, ad quod tres latiſſimæ ducunt plateæ, lapide quadrato conſtratæ, de portu vi tempeſtatis non ita pridem disjecto, operaque & induſtria optimi & vigilantiſſimi noſtri Conſulis *Jhoannis Knoxi* ὁ σιγμὴ χρόνῳ breviſſimo temporis curriculo inſtaurato, quia omnem dicendi facultatem ſuperat dicere ſuperſedeo, hæc certè civitas paſcendis oculis & reficiendis animis data eſt & dicata, ſed quod inſtat agamus. O dulce lucis hujus ſerenum certè ipſa cœli poſitura modulato concentu affici videtur, ut nec

meliore nota ſplendeat *Galaxias*, ſpirent Eteſiæ, pariant Alcedones non ætas, non ſexus, non valetudo retardat quo minus oculos grato hoc ſpectaculo paſcamus & compleamus, parvuli noſcunt, oſtentant Juvenes, mirantur ſenes, ægri relictis Medicis ad ſacrum tuum vultum, quaſi ad ſalutem prorepunt, ipſa civitatis tecta lætati, geſtire, & prope ſedibus ſuis convulſa obviam procedere videntur. Et vos *Andreanæ* civitatis proceres & primores faſtos evolvite, Ephemeridas legite, comperietis nunquam tantum hoſpitem penatibus veſtris ſucceſſiſſe, ſupplicationes itaque decernite, trophęa erigite, triumphum agite, diem hunc quo nunquam felicior vobis affulſit feſtum & genialem habete, ſed vigilantes exſuſcito: currentibus calcar addo: oculos aſpice, ingenui affectus, & humillimi obſequii indices certiſſimos & teſtes luculentiſſimos: ſed quod erit ampliſſimum gratitudinis veſtræ indicium nulla ratione vobiſmet ipſis ſatisfacere: ſed Sereniſſimi Regis benignitati impares vos perpetuo fateri, nec Majeſtatis Regiæ fortuna deſiderat remunerandi vicem: nec veſtra ſuggerit reſtituendi facultatem: ejus benignitas ut majeſtate præcellit, ita mutuum non repoſcit quod noſtrę opis eſt gratias agimus: ſed quod apud Deum fieri ſolet ſentiendo copioſius quam loquendo quod capere poteſt Regis potentiſſimi fortuna & noſtro modulo fieri muneris hujus immortalitatem officiis colemus ſempiternis. Non te æterne DEUS votis diſtringimus, non pacem, concordiam, ſecuritatem non opes non honores oramus, votorum noſtrorum Epitome eſt ſalus Principis: *Serus in Cœlum redeat*; diuque lætus interſit populo *Britanno*, neve eum noſtris vitiis iniquum ocior aura tollat: & quandocunque poſt penſum, poſt ordinarium ætatis dimenſum cœlitum albo aſcribetur, ſuccedat divinæ originis Princeps, quem genuit quem finxit, ſibique ſimilem fecit. Et ego curialis Muſarum vernula a Sacr. tua Majeſtate veniam peto quod hæc teretiſmata in medium produxerim: malui etenim audacis & temerarii animi loquendo, potius quam ingrati & puſilli tacendo, crimen ſubire.

HENRICUS DANSKINUS,

Civitatis Andreanæ *orator & Juventutis ibidem moderator.*

The preceiding speach being deliuered his M. made fordward to the great Church of the *Citie*, and at the entrie of the Porche this speach subsequent was deliuered in name of the *Universitie*, by Doctor *Bruce* Rector thereof.

SI CUJUSQUAM PRINCIPIS VEL Monarchæ ad ullam vel Urbem, vel Academiam adventus civibus suis usquam terrarum gratus, jucundusque exstitit; tuus certè, REX AUGUSTISSIME, & INVICTISSIME, ad hanc tuam Academiam nobis longè jucundissimus esse debet. qui tantissimis Serenissimæ Majestatis tuæ auspiciis in hisce Musarum castris meremus; atque hunc diem quo nos tanta Majestas invisere dignata est, nobis instar immortalitatis esse debere, & in fastos nostros referendum lubentes agnoscimus, quem tanquam alterum natalem in omnem posteritatem festum ac sacrum habeamus, quemque studiis, negotiisque omnibus posthabitis in omnimodam lætitiam effusi eximias tuas virtutes, res gestas, felicitatem, in hanc Academiam, omnesque literatos beneficentiam deprædicando, sacro, & solenni ritu celebremus. Ac etiamnunc, si quantum gaudium, ac voluptatem ex adventu tuo intus mente concipimus, tantum vel fando exprimere, vel magnificè Majestatem tuam accipiendo offerre possemus, magis esset verendum ne orationis flumine te obrueremus, quam ne splendore, & magnifico apparatu ullis mortalibus cederemus, qui Reges & optimos & optimè de se meritos in maximis opibus, maximâque rerum omnium copiâ, & affluentiâ, unquam exceperunt. Quod si unicum hoc beneficium, quòd nos tenues homunciones in Scholarum umbra, & situ jam diu marcescentes splendissimis Serenissimæ Maiestatis tuæ radiis propius illustrare, ac recreare volueris, tanti apud nos ponderis est ut de pari gratia habenda nedum referenda, vel cogitare summæ non tantum ingratitudinis, sed & amentiæ vecordieque prope conclamatæ esse non dubitemus, quomodo ad innumerabilia tua alia nos affectos esse putandum est; quæ licet in speciem multò leviora videantur, usu tamen multò fructuosiora com

periun

peruntur? quæ tot tantaque ſunt, ut ſi ea non copiosè ornare, ſed quàm parciſſimè enumerare conarer, citiùs me dies, quàm oratio deficeret; mihique eſſet verendum, ne meæ orationis tædium Majeſtati tuæ benificentiæ pœnitentiam afferret; præſertim cùm me non fugiat, tantam eſſe tuam beneficentiam, ut longè majorem capias voluptatem novis beneficiis conferendis, quàm veteribus tuis audiendis, levioraque ſi commemorentur, plùs ruboris quàm oblectationis afferre tibi ſolere. Quòd ſi iſta non ſatis amplam dicendi materiam mihi ſufficirent, quàm ſpatioſum campum res tuæ domi, foriſque pro Republica, pro Eccleſiâ ſummâ cum prudentiâ & fortitudine geſtæ ſuppeditarent? nam, ut reliquas omitterem, quas in hoc proximo ordinum tuorum conventu geſſiſti, orationem meam, ſi illi habenas laxarem, in infinitum prope cogerent evagari; in qua mihi eſſet dicendum, quo ſtudio, quaque animi, vociſque contentione cauſam Reipublicæ, & Eccleſiæ egeris adverſus homines, qui quòd ſuæ cupiditati nimium indulgerent, de neutra ſatis rectè ſenſerunt; quibus omnibus, non Majeſtatis terrore, ſed rationis armis, debellatis tandem effeciſti, ut neque Eccleſiæ Paſtores, neque Paſtoribus honeſta vivendi ratio imposterum ſit defutura: totamque Rempublicam ita bonis legibus ſtabiliviſti, tenuiorumque ſecuritati adverſus potentiorum impotentem dominationem ita proſpexiſti, ut omnes regiæ tuæ curæ à Deo Opt. Max. demandati vitam in pietate, pace, honeſtate, (niſi quis ſibi deeſſe velit) imposterum ſuaviſſimè tranſigere poſſent. Poſſem infinita prope alia commemorare, quibus tu orbi Chriſtiano pacem conciliaſti, Antichriſto odium conflaſti, ad Babylonis exitium viam aperuiſti, iis omnibus magno & excelſo animo contemptis, quæ in ſacroſanctum tuum nomen convitia contorquent homines nefarii, & publicæ generis humanæ peſtes: qui ſub ſpecioſo nomine, & fuco pietatis principum omnium, tuum vero imprimis, REX Sereniſſime, exitium moliuntur; tuum inquam, quē nefandis probris inceſſunt, in quem ſicarios armant, veneficos ſubornant, incendiarios ſubmittunt; quorum tu conſilia omnia & machinationes, ex arce divini præſidii, in quam te recipiſti, ceu vanos canum latratus diriſui & contemptui habes. Hæc quanquã a nobis aliena nonnullis videri poſſunt; nos tamen, & propter eã quæ eſt nobis & cum Majeſtate tua, & cum omnibus Chriſtianis conjunctio, tam prope attingunt, ut nos non minus afficiant, quàm quæ privatim in nos beneficia conferuntur. Sed ea tot, & tanta cùm ſint, tamque latè pateant, nulla gens tam remota ſit, ac barbara

bara, ad cujus aures non pervenerint; nulla exoritura posteritas sit tam impia & ingrata, quæ de iis conticescet, nullius dicendi aut scribendi tanta vis, tantaque copia sit, ut ea voce, aut stylo possit exæquare, meæ certè tenuitatis, & infantiæ oblitus videri possem, illa si mea oratione vellem complecti: quin si vel de tuis in hanc Academiam meritis dicere instituam, infamem ineptiæ notam non effugerem. Sed benè habet, quòd in hoc loco, & corona de hisce non incumbat mihi dicendi necessitas, quandoquidem illa nostris oculis modò obversentur & aures circumsonent; an Bibliotheca illa tuis unius auspiciis fundata, & ad fastigium jampridem prope perducta, sed nostro partim torpore, partim necessitate interrupta, a nobis conspici potest? an tituli honorifici quibus appellamur, quos tu ab oblivione & interitu revocasti audiri queant? nisi simul audiamus eos alta voce clamantes Regem JACOBUM esse literatum, & literatorum, non fautorem modò & patronum, sed Deum etiam, atque parentem? Quamobrem, REX Invictissime, ne te ex itinere fessum, & ad sacra festinantem diutius morer, ut tu hanc Academiam ab optimis tuis majoribus primò fundatam, Filiamque honoris ergo appellatam, a te ipso ornatam, & auctam in intimo sinu Regii tui favoris, & benevolentiæ complexus es, & hodierno die clarissimum tui in illum amoris documentum exhibes; ita vicissim illa, quanquam antea in intimo recessu sui pectoris Majestatem tuam complexa est, tamen hodie longè interiore recipit, ac hospitatur: & quicquid ingenio, studio, operâ potest, id omne tibi ut REGI suo clementissimo, Patri indulgentissimo, Benefactori munificentissimo & in præsens humillimè defert, & in futurum sanctissimè pollicetur; DEUMq; Opt. Max. comprecatur, tuam ut Majestatem quàm diutissimè sibi & toti orbi Christiano salvam esse velit, utque tu ipse cum sene illo Pylio de longævitate possis contendere, sacratissima verò tua Progenies & solium, eundem, quem Sol, & Luna dierum numerum sortiatur.

His M. having hard this speach, this subsequent book of Poëms was preşented.

ANTIQVISSIMAE CELEBERRIMÆQUE ACAdemiæ Andreanæ *Symbolum Poëticum*.

In adventum auguſtiſſimi ſereniſſimique JACOBI

MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ, & HIBERNIÆ *Monarchæ, Fidei Defenſoris.* &c.

AD REGEM NVNCVPATORIVM.

DAnt tibi, REX, *alii gemmiſq́ auroq́ ſuperba*
Munera, quæ tellus oceanuſque ferunt:
Dant alii fidoſq́ canes, rapidoſque veredos,
Deliciis propriè munera nata tuis.
Donat quiſque tibi vel quæ gratiſſima credit,
Vel quæ ſunt rebus commodiora ſuis:
At tibi cognato quæ juncta eſt ſanguine cultrix
Muſarum PRIMO *de genitore ſata*
Nec te, nec tantis dignum mortalibus ullum
Sinceri teſtem munus amoris habet:
Sed dare nil non fas: ergo de paupere cenſu
REX *bone, quæ donat, carmina pauca cape:*
Quæ ſi tu placido non dedignabere vultu,
Cræſo *erit ipſa ſibi ditior atque* Mida.

ACADEMIÆ ANDREANÆ
DE NATALIBUS SUIS GLORIATIO.

EST Jovis è *cerebro* Pallas, *de fœmore* Bacchus:
Ast ego de PRIMI *pectore nata cluo.*
Quando erat in terris hominum ter maximus ille
(*Inter cœlicolas nunc* Jove *major agit*)
Me non erubuit Natam, *me sustulit ulnis;*
Seque oblectavit garrulitate meâ:
Sæpe mihi dixit, debes mihi, Nata, *nepotes;*
Sæpe etiam, per te, Nata, *perennis ero.*
Ergo habeant divosque alii, divasque parentes,
Quandoquidem meus es, PRIME JACOBE, *parens.*

P. B.

GAudebant Thamesis, Sabrina, & Dunus, & Humber,
Dum sacro vultu contigit vsque frui.
Fortha *at,* SCOTIGENAS *inter celeberrimus amnes,*
Et TAÜS, *uberibus ora rigantur aquis;*
Jam Dominum cernunt reducem, lætique salutant,
Qui laqueata rudi pumice tecta colunt.
At fluvii Thamesis, Sabrina, Dunus, & Humber
Angligenæ, versâ flentque gemuntque vice.
Nam quocunque gradum confers, REX *optime, cuncta*
Læta facis: sed te mox abeunte dolent.
Alter enim terræ tu Sol & Luna Britannæ,
Alternans radiis tempus vtrumque tuis.
Te veniente venit lux alma, æstasque benigna:
Lux alma atque æstas te fugiente fugit.
Tueda *inter Boream cum sit porrectus & Austrum,*
Cur æquos SCOTIS *non facit ille dies?*
Jam bis septem annos Angli *te* Sole *fruuntur;*
Scotia *vix totidem te videt hebdomadas.*

Sed *mora geſtarum penſatur pondere rerum,*
Cur ergo invideat Scotia *Saxonidis?*
Gnata tua *imprimis languens* Academia, *longam*
Poſt noctem, lætum ſentit adeſſe diem.
Jacobus Blarius. S.S.T.D.

ERgone Rex JACOBUS *adeſt! humileſq́ penates*
Muſarum ingreditur, quem totus vix capit or
Ergone eum ſpectare licet, coramq́ tueri!(bis
Ipſe ſuo regno, qui regum eſt celſior unus?
Ergone fas notas audire, & reddere voces?
Auribus ac illi arrectis aſtare loquenti?
Qui poſtquam terris datus eſt, ſapientia vera
Cœpit privatûm ſese decus eſſe negare.
Ergone delitiis noſtris capietur & ille?
Quem capere haud potuit vis auri inſana, Arabumq́
Divitiæ, ſceptra & ſceptris ſupperaddita avitis?
Deſinite ô tandem veſtrâ de ſorte Camœnæ
Scotigenæ, querulas ad ſidera tollere voces:
Sat ſit, ſat vobis illo quod Apolline pridem
Jamque frui licitum, cujus vidiſſe coruſcos
Bis radios, mater Cantabrigia *alma triumphat,*
Oxonium *vidiſſe ſemel lætatur ovatque.*
JACOBUS WEDDERBURNUS S.S.T.B.

AD MAGNVM MAGNÆ BRITANNIÆ REGEM
Priſcorum Scotorum montana SCOTIÆ colentium
humillima ſupplicatio.

ADventus, REX *magne, tui nos fama nivoſis*
Montibus huc alacres, nemorumq́ excivit ab umbris:
Non equitum turmas gemmis aurove nitentes,
Lumina non aulæ, comptos, nitidoſq́ miniſtros,
Quæque animos fallunt, fugitivâ luce miſellos,
Nos ſpectare juvat, levium miracula rerum;
Te Patriæ Patrem petimus, te poſcimus, unum
Te facilem cunctis, nobis iu vota benignum
Speramus; ſacriſque tuis advolvimur aris:
Ergo tui populi, Rex clementiſſime Regum,
Dexter ades precibus, miſeriſque accurre querelis.
Jam decies ſenos complevit ſignifer annos,
Pura Caledoniis *ex quo* Lux *illa* Salutis

Affulſit, lætumque diem Solemque reduxit
Errorum tenebris, & cæcâ nocte ſepultis.
Illa ubi diffundit vivacis lumina veri,
Inſtruit officiis animos, Regiſque, Deique
Fingit ad obſequium, patefacto tramite recti
Moribus informat; tetra rubigine ſeptas
Defæcat mentes, redditque ad honeſta ſequaces.
At fera Barbaries infauſto ſidere natos
Nos premit interea miſeros, vicinaque Goſan
Vndique dum lucet, nos denſa condimur umbrâ
Niliacæ noctis, cæci per ſaxa per vndas
Quâ vagus error agit ferimur, rapimurque, nec vllus
Qui moveat, doceat, retrahatve è limine lethi,
Sancta ſalutiferæ pandens compendia vitæ.
Ora hominum gerimus rectoſque in ſidera vultus;
Cætera ſed bruti vaſtis in montibus orti,
Connatique feris, pecuinis moribus alti,
Numinis expertes ſacri, ne nomine CHRISTVM
Novimus, aut ſacris vllis aſſueſcimus aris:
Faunorum, Satyrûmque fero fera numina ritu
Proſequimur, cæci, diriſque illudimur umbris.
His prendit laqueis, his detinet ille malignus
Spiritus implicitos, ad quævis crimina pronos
Præcipitans, falſas fœdant perjuria linguas:
Polluit & dextras cognato ſanguine cædes:
Parta latrociniis, furtis, variiſque rapinis,
Victum ſuppeditant: impuro corpora nexu
Miſcentur, rupto genialis fœdere lecti.
Sic regno indecores, manifeſti numinis hoſtes,
Civibus infeſti, turpiſque infamia gentis
Chriſtigenæ, miſeri miſerabile ducimus ævum.
Hiſce malis poterit res, O Rex, vna mederi
Relligio veneranda, feras miteſcere ſenſim
Quæ doceat, mentes puriſque aſſueſcere ſacris:
Hæc noſtris medicina malis: hanc montibus infer.
Auſpiciiſque tuis, Regum Rex optime, tandem
Inveniat ſtabilem divini fœderis arcâ
Monticolas inter manſuram in ſecula ſedem;
Vt quæ Barbarico gens ſolverat ora ſolœco,
Verba dehinc diſcat Cananæâ reddere linguâ:
Rauciſonoſque modos deformis tibia ponat.

Davidicæ cedens modulanti carmina Muſæ:
Quique priùs diri ſtudiis aſſueta Gradivi
Pectora geſtabant, tranquillæ munia pacis
Dein colere incipiant almæ pietatis alumni.
Hinc tibi ſurget honos, hinc ſceptri gloria major,
Marte ferox fuſos quàm ſi penetrares ad Indos:
His ſtudiis David, Joſiæ, lumina Regum,
Tranſmiſere ſuas æterna in ſecula laudes:
Hoc tibi reſtat opus ſceptri molimine dignum,
Vt quâcunque tui tepido patet orbis ab auſtro
Imperium gelidæ vergens ad littora Thules
Auſpice te paſſim venerabile nomen IESV
Perſonet, ac patrem dominum rerumque parentem
Gens ſubjecta tibi concordi concinat ore.
Sic tu, qui felix triplici diademate fulges,
Poſt fata accipies ſuper aurea ſidera Quartum.

Guliel. Areskinus Dunonſ. Paſtor.

REGIS ἘΓΚΩΜΙΟΝ.

EXhibuit Cæſar varii ſpectacula ludi,
Gymnica, Naumachias, retia, bella, feras:
Cæſaris hæ laudes: totieſq; Theatra, ſecundo
Applauſu, hunc patriæ perſonuere patrem.
Quantula laus ſenſus avido mulcere popello?
Ludorumque animos frangere deliciis?
Gloria te major ſtimulat (Rex magne) Theatri
Quam fremitu cives demeruiſſe tuos;
Dum populo & patriæ modò te ratus eſſe creatum,
In populi & patriæ commoda totus abis.
Legibus illuſtrans ſanctis fora publica paſſim
Juſtitia ut terras incolat æqua tuas;
Et divina jubens ſincerè oracula pandi,
Vt Pietas regnis floreat alma tuis;
Talibus exornas regni data ſceptra: det ipſe
Judicium Cæſar, *gloria major utri?*
Juſtitia & Pietas *Regni duo fulcra, Theatri*
Exſuperant quantùm ludicra marmorei,
Cæſaris *excedit tantùm tua gloria, Magnus*
Tantùm etiam Cæſar *ceſſerit ipſe tibi!*

JACOBUS GLEGGIUS Philoſ. Prof.

DE BIBLIOTHECA A SERENISmo. REGE JACOBO ANDREAPOLI erecta, variisque selectissimorum authorum monumentis Locupletata. AD REGEM.

Nobilitata fuit quondam Pharos *insula, vasto*
Circumscripta mari (priscum sed pontus & æstus
Mutavere situm) saxis fundata cavatis
Turris ubi celsas æquabat culmine nubes.
Fulgebant illic rutilantis sideris instar
Lumina, noctivagis procul aspicienda carinis:
Sed non hic dubiis nautarum cursibus ignis
Gratior in sævo direxit lintea ponto,
Quàm quæ conspicua Ptolemei fulsit in arce
Bibliotheca, chori Pharos & cura unica docti,
Vnde per immensum dispersa volumina mundum
Præclaram ingeniis lucem exeruere benignis.
Nunc Pharos absorpta est, sunt diruta culmina turris
Nullaque Musæi remanent vestigia tanti.
Sed pia cura pii REGIS *disjecta coegit*
Saxa Phari, atque novum Musis sacravit honorem,
Erexitque lares sacros augustaque tecta,
Invideat Pharii queis Bibliotheca tyranni,
Instruxitque libris, quos mirarentur Athenæ,
Romaque Gothorum nondum pede pressa superbo:
Ergo Pharo Pharos assurgat Memphitica Scotæ,
Et cedant sceptris Ægyptia sceptra Britannis.

Andreas Brusius Philos. Prof.

AD JACOBUM REGEM, Temporis serie Sextum, virtute Primum.

Qui rerum observant seriem, ter Maxime Princeps,
Hujus te Sextum *nominis esse ferunt.*
Sed si virtutum ratio sit habenda tuarum,
Non Sextus, Primus *nominis huius eris,*
Primus *qui fido junxisti Saxona* SCOTO:
Et potes indomitis jungere gryphes equis;

Nec

Nec mirum; tibi facundi Demoſthenis eſt os,
Inſidet & labiis Suada benigna tuis.
Sponte tuâ vitiis es liber ab omnibus, æquum
Sponte tuâ Primus *juſque piumque colis.*
Qui tria regna dedit mores regnis dedit aptos,
Nec fieri melior qualibet arte potes.
Accenſa haud augent ſplendentem lumina Solem,
Atque ignis major non fit ab arte calor.
Religione nites, virtutes quæ creat omnes,
Agnoſciſque tui dona benigna Dei.
Te ſpeculum juvat hoc, hæc te delectat imago,
Pallas ut in ſpeculo dum videt ora ſuo.
In ſummâ virtus non tempore clarior ullo,
Humanis ſeſe mentibus exhibuit.

ANDREAS SYLVIUS, Phil. Prof.

Ἐπιχαρτικὸν.

PRiſtina jam facies rebus, ſua reddita terris
Forma, ſuus ſylvis rediit decor: arvaq; fru
Vbere luxuriant Pæſtanis æmula glebis: (gũ
Exultantq; choris nymphæ: jam numine fœta
Templa novum pæana canunt, & thura vaporant:
Oppidaque indigenam ſumunt rediviva nitorem:
Et quæ victa ſitu fœdo & mœrore jacebat,
Sole ſuo viduata diu nunc SCOTIA *geſtit,*
Donec Hyperboreis Saturnia ſecla Britannis,
Orbis ab adverſo diffundens aureus axe
Diſpulit invectis tenebras noctemque quadrigis,
Lucis inoffenſæ radiis. Licet ora marinis
Fluctibus immergens ſe nunquam proluit arctos
Præradiat reliquis aſcito lumine ſtellis.
Te ſtupet intacto divinæ lucis honore
Longè conſpicuum, feſtos fremituque ſecundo
Excipit ingeminans plauſus circumflua turba,
Dum curru aurato veheris præſignis, & oſtro,
Tempora palladiæ vittis evincta olivæ
Enthea Cumææ queis Lauri innexa corolla.
Pax, invicte, tuum latus obtegit aurea lævum,
Spicea ſerta gerens, & dextrum fronte verenda

Rellig

Relligio ſummi reſerans arcana Tonantis.
Vincta præit captiva ſuo Bellona flagello.
Lumine ſacrati vultus, pater optime Muſas
Aſpice languenteis; illis infunde vigorem:
Atque ſuo Phœbus ridens affulgeat orbi.
Sic clarus tibi ſurget honos: ſic præpetis alæ
Gloria remigio te lucida tollet in aſtra:
Famaq; venturis ſeclis æquæva vigebit.

Gulielmus Martinus Philoſ. Prof.

IN REGIS ADVENTVM τῦ χαιρόντος τεκμήριον.

ALme Pater patriæ, decus orbis, maxime Regum
Rex Fergusiadûm, proavorum gloria, ſeræ
Poſteritatis honos, rediviva repullulat unde
Aurea vernantis mundi juvenilior ætas,
Vnde Caledoniæ revireſcit gloria ſylvæ,
Antiquumque redit decus, O pulcherrima radix,
Exere pampineas (nullo prohibente) corollas
Purpureis tumidas uvis, gravibuſque racemis,
Per quaſcunque alto Sol cernit ab æthere terras:
Surculus ut veſter, tenerè qui germinat, olim,
Expandat ramos toto ſuper orbe patentes,
Pertæſiſque jugum grave gentibus, ille tyrannûm
Deliciis umbras, alimento præbeat uvas.
At tibi, magne Pater patriæ, quæ tanta tenellis
Pectora ſuccendit tua flamma coæva medullis,
Deliciis loca parta tuis, ubi aquatica baccis
Purpureis lotus cauto impoſuiſſet Vlyſſei?
Linquere Theſſalicis potiora Britannica Tempe,
Saxonidum placidi peramœna roſaria campi,
Gramineos ſaltus, chryſtallina flumina, vivis
Fructiferas valles interlabentia lymphis,
Iridis & varios imitantia prata colores
Albioniſque latius Solis ſplendore coruſcum
Commutare umbrâ patriæ languentis opacâ?
Non huc te, Rex magne, egit levis aura cerebri
Concita palponis pellaci folle bilinguis,
Nauſea Saxonidûm nulla, inconſtantia nulla

Impulit ad patrios tandem remeare penates,
Conſilii ſed amica gravis decreta, ſereni
Sæpius accenſo cerebri fornace recocta,
Purior unde auro fluxit ſententia puro,
Mennoniis avidè quod portat Iberus ab Indis.
Allexit natale ſolum dulcedine pectus,
Dulce tuum mirâ; ſed quis miretur amorem,
Cui Scytha crudelis, Lybicus cui Maurus, & omnis
Mortalis liquidas haurit qui luminis auras
Devovet audaces vitæ diſcrimine dextras.
Innatus tantum mortalia pectora charæ
Cogit amor patriæ ratione potentior omni!
Squameus ut nitidis ſecat ardua flumina pinnis
Salmo, petens primæ nativa cubilia vitæ;
Fila ſibi prætenta nihil nodoſa moratus
Dum ſecum tremulis ludens laſciviat undis.
Sic Salomo *natale ſolum tot longa viarum*
Tædia, tot denſos imbres ſudoris, & æſtus,
Crebraque principibus prætenta pericula ſanctis
Exuperans viſit prima incunabula vitæ.
Huc innatus amor natale reviſere regnum
Pellexit, quantum potuit: ſed cauſa laborum
Major adhuc ſupereſt, & principe dignior anſa;
Nam patriæ tibi cura tuæ te charior ipso,
Debita canenti negat otia grata ſenectæ,
Albionis *poscant ſeu civica vulnera læsæ,*
Seu sacris multùm ſudaveris in repetundis,
Hisce malis tua ſola poteſt Panacea mederi.
Denique ſi qua tuam capiant evanida mentem
Gaudia, habet cunctis quibus aut ſe conferat oris,
Præferat aut multis tua Scotia: *gens ea ſola eſt,*
Quæ bis dena ſuos numerans per ſecula faſtos,
Externi non vlla trucis juga paſſa tyranni,
Eminet invicto diademate: Danicus ardor
Saxone devicto, ſpoliis & Marte ſuperbus,
Oſſa ſuæ linquens poſt ſe hîc monumenta ruinæ
(Oſſa Oſſam *paritura novam modò lecta coirent)*
Subſtitit, in tenues & tandem evanuit auras.
Danica quid memorem? nonne hîc tua bellica virtus
Præcipites, O Roma, *gradus cohibere coacta eſt?*

Et

Et contenta tui firmis confinia regni
Mœnibus (insuetum tibi) circumcincta tueri?
Hæc tibi de pleno deerat gens sola triumpho:
Sola jugum non passa tuum te sub juga trudet,
Roma, *securigerûm proles Mavortia* SCOTÛM.
Marmoreos montes, nitidis splendentia gemmis
Flumina, frugiferas placidè lambentia valles,
Et juga tot flavis auri radiantia venis,
Quæque metalliferis sunt tinnula saxa salebris,
Et vitreas variis fluitantes piscibus undas,
Umbriferosque silens saltus, stabula alta ferarum,
Prætereo, & quæcunque beant communia gentes
Commoda; conjunxit propriis hæc SCOTIA *donis.*
Non est nubigeras cur jactet turgida Memphis
Pyramidas, stolido miracula facta popello:
Hîc natura dedit viva, & majora potentis
Virtutis specula, & miracula vera, supremi
Summum opus Artificis; tremulas stillantia guttas
Seu saxa aspicias, guttas modo saxa futuras,
Quæ miranda parit celebris spelunca Ratrami;
Sive lacum mirere, cui sine verbere pinnæ
Squamea lascivis colludens mira choreis
Turba, reluctatur canentibus & sine vento
Fluctibus, & vitreas remeantia tecta per undas
Insequitur: vaga nam mediis natat insula stagnis.
Quid diversa sequar? pleno de gurgite guttam
Exhausisse sat est: magis unde superbiat alma
Patria habet: Musis reliquo toto orbe fugatis,
Hospitium quod sola sacram miserata ruinam
Præbuit, & lucem tenebroso reddidit orbi;
Unde parem doctis jactet se Scotia Athenis:
Præterea terra hæc Mavortia pectora nutrit
Palladiis instructa animis, tua Marte vel arte
Ut jussa efficiant, vitæ nil fila morantes
Pendula, magnanimos bellorum robora Scotos.
Sed nil jam nostro nisi lux tua fulget olympo,
Duratura brevi vereor, crassisque tenebris
Involvenda iterum, pluvios cum noster in austros
Phœbus eas: utinam, quo nunc comitante recedis,
Accedas patrios reduci cum Sole penates:

Sed quis jura feret ſuperis? I quo placet ergo
Dulce decus patriæ, lachrymis gemituque ſequentes
Crebra Panomphæo fundemus vota Tonanti.
Joannes Cornvallus.

CORIDONIS QVERELA,

ſuper diuturna *Daphnidis* abſentia.

TEmpus erat vitreo cùm primum paſcua rore
Sparguntur, volucrumque ſtrepunt virgulta querelis;
Cùm Coridon *prope nota gregem produxerat antra,*
Ipſe ſedens curvi ſolus ſub fornice ſaxi,
Quâ venis ſcatet, & trepidantibus eruta rivis
Garrula per tritos immurmurat unda lapillos,
Texebat viles lento de vimine qualos:
Dumque ſedet, ſolitum cantu minuente laborem,
Talia dulciſonâ modulatur carmina voce:
DAPHNI *decus campi, paſtorum gloria* DAPHNI,
Quando erit vt veſtri Coridonis *rura reviſas?*
Quando erit vt mecum per florida prata, feraxque
Rus celeres venêris apros? quando invia Tempe
Et curſu excitos celeri luſtrabimus amnes?
Sed juvat ire: quis ô, quâ Grampius *ardua cœlo*
Culmina confundit, me ſiſtet? quis mihi nigrum
Oſtendet nemus, atque exercita flumina curſu?
Sed Coridon *quo tendis? abeſt tua gloria* DAPHNIS,
Duxque comeſque tuus: ſqualent ecce omnia; ſylvæ
Demiſere comas ramis; non ulla loquuntur
Diſcordi ſtrepitu virgulta, atque ipſa volucris
Triſtè ſilet; nudæ plangunt ſua brachia quercus.
Non velut antè vagi reſidet prope fluminis undam
Tityrus, *atque gregem conſtructis mulcet avenis,*
Cujus DAPHNIS *abeſt: ipſa hæc te flumina,* DAPHNI,
Ipſi te fontes, atque ipſa arbuſta reclamant.
DAPHNI *decus campi, paſtorum gloria* DAPHNI,
Si qua tui ſupereſt Coridonis *cura, redito.*
Quid juvat ad Tamiſin *alienis degere in oris;*
Et patrium Fortham *& felicia ſpernere rura?*
Rura tuis Patribus quondam (eheu) culta, tibique?
Ah memini (quanquam eſt magnus meminiſſe bonorum

Quæ periere dolor) memini cum per juga montis
Aërii, lepores mecum ſequerere, feraſque,
Te patrios ſaltus, atque hæc te flumina, DAPHNI,
Heſperidum *cultæ, atque* Arabum *præponere terræ.*
Quò patriæ nunc ceßit amor? nunc patria ſordet
Ipſa tibi, & patriæ ſordent pia numina Nymphæ:
Aſpice qui luctus teneant Faunoſque, Napæaſque,
Aſpice, non Faunus *pinu præcinctus acutâ*
Tempora, non montis prærupto in culmine, ut olim,
Exercent choreas Nymphæ, non ulla voluptas
Rura tenet, deſunt ecce ipſi gramina terræ,
Arboribus frondes, nitidiſque en fontibus humor.
Pro molli violâ & ferrugineis hyacinthis,
Exurgunt ſpinæque & dente urtica maligno,
Proque rosâ tribuli fœcundaque gramina lappæ:
DAPHNI *redi: læſas tunc tunc revireſcere ſylvas*
Cernes: DAPHNI *redi, tunc læto gramine tellus,*
Et totum effuſis ornabit floribus annum.
DAPHNI *decus campi, paſtorum gloria* DAPHNI,
Si qua tui ſupereſt Coridonis *cura, redito.*
O utinam hæc Zephyrus ſurdas ad DAPHNIDIS *aures*
Deferat, & triſtes ediſſerat ordine queſtus;
Et referat miſeri quæ ſit Coridonis *imago,*
Atque addat lachrymas & luctiſonos ſingultus:
Tunc tibi amor patriæ vel lenis pectora, DAPHNI,
Moderet, cupereſque tuum Coridona *videre.* (*humbrũ*
Sed fruſtra ingemino; hæc ferus omnia DAPHNIS *in*
Tranſtulit, oblitus Forthæ Glottamque *perosus,*
Mille inter caſus, & mille pericula vivit:
DAPHNI *decus campi, paſtorum gloria* DAPHNI,
Si qua tui ſupereſt Coridonis *cura, redito.*
O quoties timui, dum celsâ ex arbore cornix
Raucâ voce tonat, dum dirus carmina bubo
Ingeminat, ne te, ne te, dulciſſime rerum,
Infauſtum peteret fatis dictantibus omen:
Et cum veſpertinus obambulat ursus ovile,
Et lupus inſidias pecori meditatur, eodem
Poſſe modo fieri metuo, ut tibi retia tendat,
Qui tibi tam latos campos, qui ſerta, pedumque
Invidet: ô *veros nimiùm juſtoſque timores!*

Denique nulla vacat vitæ mihi portio curâ,
Sive latet Phœbus, ſeu clarâ lampade terras
Jlluſtrat, ſeſeque oſtendit & omnia ſecum.
Denique quicquid ago, ſemper te mente revolvo;
Seu potum paſtas ſoleo deducere capras,
Seu revocare greges pendentes rupibus altis,
Sive arguta novum reſonet mihi carmen arundo,
Seu feror in ſylvas, & ſaxa ſonantia luſtro,
Auritoſque ſequor lepores, mihi nulla recedit,
Nulla dies ſine te, nullumque opus. O mea, DAPHNI,
Gloria, ſi qua mei ſupereſt tibi cura, redito!
Sunt mihi capreoli bini, queis candida nigræ
Vellera depingunt maculæ, quas bellula Daphne
Daphne, *ſola meos quæ datque facitque furores;*
Jpſa mihi dedit, & gemino cum munere bina
Oſcula, nunc iſtos tibi Gloria noſtra reſervo:
Eſt mihi Pica loquax; eſt & mihi dulcis Alauda,
Ad numeros cantare perita, & plangere dulci
Carmina mille ſono, blandiſſima munera; ſuntque
Omnia qui ſuperant tot dulces munera verſus,
Quot nunquam medio venient ex æquore fluctus.
Hic tibi vel Mopſus, *fuſcusve legetur* Amyntas:
Theſtylis *hic, & flava* Lycorias, *& mea* Daphne,
Et Jani *furor, & duræ conſtantia* Roſſæ,
Paſtorumque leges certamina, lætaque amantum
Prælia Nympharum, molleſque ſub arbore ſomnos,
Omnia quæ in viridi tibi cortice ſcripta reſervo.
DAPHNI *decus campi, paſtorum gloria* DAPHNI,
Si qua tui ſupereſt Coridonis *cura, redito.*
Sic poſtquam Coridon *in longum ducere queſtus*
Deſiit, oppreſſit victor pia lumina ſomnus.

Godefridus Vanderhaghen
Middelburgo-zelandus.

DAPHNIS REDIENS.

Lycidas, Mœris, Alexis.

FRonde ſub iliceâ feſſus recubârat Alexis,
Quum cœli medio Sol *ferventiſſimus ardet;*
Inde pedum & circum calathus, paſtoria ſigna,
Inde jacent calami; quos dum conjungere tentat
Incœptum blandâ fallebat voce laborem.
Viderat hunc baculo nixus, quem fortè tenebat,
Paſtor ovum Lycidas, *cui vix dum prima decoras*
Veſtibat lanugo genas: non doctior illo
Paſtorum calamos inflare, aut dicere verſus.
Fortè etiam inſanos illo jam tempore amores
Phyllidis, *& faſtus* Hyales *referebat iniquos.*
Aſt ubi dilectum vidit ſub tegmine Alexin
Arboris, incertâ perculſus imagine rerum
Obſtupuit primùm; dein totâ mente receptus,
Nec potis arcano concludere gaudia tanta
Pectoris, his puerum compellat Mœrida *verbis.*
Lyc. Mœri *quid hîc dulci modularis arundine carmen?*
Securus quid lætitiæ jam Pana, *leveſque*
Cum Faunis Satyros *teneat, Dryadeſque puellas;*
Securus nimiùm nobis quòd charus Alexis
Arboris heic gratæ nuper ſucceſſerit umbræ.
Mœ. *Non equidem audieram, nec credere talia poſſem,*
O Lycida, *Thamiſis ripas & flumina* Alexis
DAPHNIDIS *æterno multùm correptus amore,*
Non hæc arva colit: quid enim ſperaret Alexis
Montibus his rediens? DAPHNIN, *ſua gaudia* DAPHNIN
Non ita deſeruit poſito malegratus amore.
Ly. *Atqui non oculos veri deludit imago;*
Ecce ipſum; video calamos, queis ſæpe ſolebat
Condere, dum cantat formoſo DAPHNIDI, *ſoles.*
Ecquis nam O ſuperûm nobis te reddidit? ô quàm
Felix ille fuit! quòd ſi quis fortè deorum,

Illius

Illius hæc meritos celebrabit fistula honores.
Ecquis Alexi deûm nostris te huc appulit oris?
Fare age, jam & cupidas satia sermonibus aures.
AL. *Quin priùs heic pueri frigus captate benignum,*
Et mecum gelidâ paulùm requiescite in umbrâ:
Umbrâ Pan *pecoris custos, & gaudet Apollo,*
Umbra favet Dryadum choreis teneriſque Napæis,
Et Satyris, Bacchisque, & monticolis Sylvanis,
Et tibi grata umbra est multa quum fessa Diana
Membra super læti deponis gramine campi
Subter arundineas comas gravidumque papaver.
DAPHNI *decus vatum pastorum gloria* DAPHNI,
Qui patriæ dudum nimio succensus amore,
Negligis incanasque nives, gelidasque pruinas,
Atque Caledoniis erras novus hospes in oris,
Ah quàm sæpè alto gemitus de pectore duxi,
Sæpiùs & magnum miseratus DAPHNIDIS *ignem,*
DAPHNI *quid insanis, dixi, quo tendis? an ire*
Perque juvat medias hyemes, friguſque nivale,
Vt tibi sic teneras glacies secet aspera plantas?
Nota tibi juga sunt ipsas ferientia nubes;
Grampius, *& celsi subeunt quæ sidera* Ochelli;
Nec tibi jam antiquæ, fuerant quæ in pectore, vires
Ah superant, quum tu sylvas indagine multâ
Cingere, quum validos catulos terrere luporum
Comminus auderes; properat jam pigra senectus,
(O fallar stetque æternâ tibi lege juventâ)
Quos & abesse velim signantur tempora canis.
Parce precor; per Pana *tibi*, Phœbumque, Palemq;
Parce precor; miserere tui; nec sperne rogantem:
Mille tibi Thamisis ripas prope fluminis, agnos
Servat mille tibi, Bauneïa *gramina tondent*
Quæ nunquam vacuæ redeunt ad mulctra capellæ.
Quid Carronis *aquas* Forthamq; Taümque *requiras?*
Talia necquicquam DAPHNIS: *venatibus apta*
Nam nemora inquirit, saltusque & lustra ferarum;
Me vero comitem DAPHNIS *sibi sumpsit, & Humbri*
Discedens ab aquis pastori talia mandat,
Tityre, *dum redeo, brevis est via, pasce capellas.*
Ly. *Ergo noster amor* DAPHNIS *sua rura revisit.*

O for-

O fortunatos colles, felicia rura,
DAPHNIDA *quæ excipient! patriæne ita dulcis imago*
Ante oculos versans mentem succendit amore?
Felices pulchrum visuras DAPHNIDA *sylvas,*
Felices sylvas, & quæ pellucida in imo
Glarea subsidit, & quæ super assilit unda,
Si semel æthereo vos DAPHNIS *viderit ore!*
Felicem Coridona *nimis! jam parce querelis*
Parce tuis, Coridon, *lachrymis: sparsasque cicutas*
Collige; nam rediens fugat omnia tristia DAPHNIS.
AL. *Interea, vobis si blandùm arrisit Apollo,*
Aut Pan *monstravit calamos inflare canoros,*
Si qua vel è Nymphis *docuit cantare beatis,*
Carmina pauca precor (fugiunt namque otia Musæ)
DAPHNIDI *cantemus: tangunt quoq; carmina* DAPHNIN.
Victori precium Taurus, *quem munere nobis*
Ipse dedit, dixitque, tuæ hæc sint præmia musæ.
Incipe Mœri *prior,* Lycida *tu deinde sequare.*
Mœ. *Accipite hæc Musæ divûm certissima proles,*
Tuque pater sacrâ præcinctus tempora lauro,
Vos Dryades, Satyri, Fauni, *& tu maxime* DAPHNI;
Quondam etenim in nostris numen præsentius agris?
Ly. *Carmina* Pierides *bene amant, & pulcher* Apollo;
Carmina amant Dryades, Satyri, Faunique *bicornes;*
Carmina amat DAPHNIS; *quid enim non carmina amaret?*
Ipse canit facienda, facit simul ipse canenda.
Mœ. DAPHNI, *cape hæc gratum testatia munera* Mœrin:
Ecce tibi nivei concreta coagula lactis,
Aureaque in textis nuper mihi mala canistris,
Accipe nunc; majora dabit fors qui subit annus
Ly. *Munera, quæ minimus magno det* DAPHNIDI *pastor,*
Munera quæ pastor, solus quum maxima DAPHNIS
Munera det multis; sin tangunt munera DAPHNIN,
Ecce pedum, & calathum, Lycidamq; *in munera totum.*
Mœ. *Quantùm vere novo campis exultat apricis*
Vir gregis inter oves, quantùm dum jungitur ulno
Lætatur vitis, quantùmque usti imbribus horti,
Tantùm, DAPHNI, *tuo reditu lætamur in agros.*
Ly. *Grata quies longo fessis messoribus æstu;*
Grataque lux miseris, quos Nox, & cura remordet;

Approperat cupidis grata Hesperus *hora maritis;*
DAPHNI *tamen rediens tu gratior omnibus unus.*
Mœ. *Heic ver perpetuum, heic sunt purpurei narcissi,*
Heic violæ, dulcique aspirat Amaracus *umbrâ,*
Heic molles Malvę; *sed, nos si,* DAPHNI, *relinquas*
Omnia marcebunt, nec erunt sua gramina campis.
Ly. *Fronde nemus, segete & Tellus exultat opima,*
Flore nitent horti, plenis tumet vua racemis,
Montibus his alęas minimo vel tempore, DAPHNI,
Non frondes, segetes, flores, nec videris vuas.
Mœ. Creta Jovi *magno, sua* Mercurio Cyllene;
Vulcano Lemnos, Veneri *gratissima* Cyprus,
DAPHNIDI *at* Edinum; *si* Edini *commoda norint,*
Vulcanus Lemnon *linquet,* Venus *aurea* Cyprum.
Ly. Bacchus *amat* Thebas, *doctas* Tritonia Athenas,
Mars Rhodopen, *jactat proles* Latonia Delon,
Edini *turres pulcher dum* DAPHNIS *amabit,*
Nec Rhodope Edinum, *vincet nec candida* Delos.
Mœ. *Heic mihi nunc facili Zephyri strepit aura susurro,*
Suadent blanda altos rivorum murmura somnos;
Dulcè canit volucris; quod si mihi DAPHNIS *adesset*
Possem ego felicem Divûm contemnere vitam.
Ly. *Nulla placent sine te nobis bona; displicet arbos,*
Aura nocet, placidos fugio cum murmure rivos;
At si aderis jam, DAPHNI, *placebit & arboris umbra,*
Aura canet, placidi præbebunt otia rivi.
Mœ. Grata Jovi *quercus, vitis formosa* Lyæo
Myrtus Acidalios *incingit fronde capillos;*
At mihi tu si, DAPHNI, *bonus quandoque favebis,*
Ridebo ingentes sylvas, & frondea dona.
Ly. *Ver lenes Zephyros, segetes ferventior æstas,*
Poma dat Autumnus, Boreæ mala frigora Bruma,
Carmina dat Lycidas; *si* DAPHNIDI *forte probentur,*
Una mihi innumeris erit hora beatior annis.
Mœ. *Piscis in æquoribus, volucris vaga quæritur auris,*
Et fera de sylvis, & latis vertagus agris;
DPHNIDIS *in gremio requiescunt gaudia nostra:*
Unde igitur certam nisi ab hoc sperabo salutem?
Ly. *Vitis in aprico spargit sua brachia colle,*
Pinus in irriguis surgit formosior hortis,

Ante

Ante tuas ego, DAPHNI, *fores deſertus oberro,*
Qui potis es lætis Lycidæ *mala pellere ocellis.*
AL. *Siſtite venatu:* DAPHNIS *redit; ecce canum vis*
Magna præit, comitumque ſubit denſo agmine turba.
Poſtera ubi orta dies diſperget lumina mundo,
Nos quoq; vobiſcum in viridi heic cantabimus umbrâ.
Nunc ſatis eſt: at, carminibus ne præmia deſint,
Tu taurum, Lycida, *niveam cape,* Mœri, *juvencam.*

JOANNES LEECHÆUS.

GAVDIVM CORIdonis ob *Daphnidis* adventum.

IAm medium cœli Phœbus *vibraverat axem*
Compulerat q; ardore greges ad ovilia feſſos;
Cùm celſo Coridō *deſcendere culmine mōtis*
Sylvanum, faunosq; deos, dryadasq; puellas,
Laurigeris circum redimitos tempora ſertis,
Exercere choros, lætaſque per ardua tempe
Conſpexit feſto nova gaudia promere cantu,
Et crebro hos geminare ſonos. O tempora nobis
Exoptata diu, multoſque petita per annos!
DAPHNIS *honos campi, paſtorum gloria* DAPHNIS
Inviſit patrios longo poſt tempore fines.
Hæc ſimul ac Coridon *viridi proſtratus in antro*
Audiit, attonitus levat impiger obruta curis
Membra, reluctantemq; abſtergens pollice ſomnum
Proruit in medias divas, mediumque per agmen
Territus his monſtris rumpit, ſuſpiriaque imo
Lætitiæ commixta trahens è pectore, tandem
Talibus orſus, ait: DAPHNIS *mea cura, meæque*
Delitiæ, DAPHNIS, *quem nocte dieque requiro,*
DAPHNIS *honos campi, paſtorum gloria* DAPHNIS
Viſerit an patrios longo poſt tempore fines?
Pergite Naïades per rura agitare choreas,
Dulciſonumque referre melos, vos pergite Panes,
Pergite lætanti modulari carmina culmo
Sylvani: quis me, quis me, quà tollit ad alta

Grampius *aſtra caput ſiſtet? nemorumque latebras*
Monſtrabit? tibi, DAPHNI, *capras ut junctus,& hirtos*
Per juga montis apros tener, tecumque ſub ortum
Auroræ, taciti per amica ſilentia campi,
Irriguos amnes,& dulcè fluentis arenas
Saxiferas rivi viſam, per amœnaque prata
Baſia blanda canam Daphnes, *renovemque furores,*
Jane, *tuos, duræque adamantina pectora* Roſſæ.
Eia age rumpe moras, Coridon, *ſylvæq; ſonantis*
Fortunam tentare juvet: tua gloria DAPHNIS
Venit, amorque tuus; florent ecce omnia, gaudet
Molle nemus, reparatque comas; mulcentque cicutâ,
Dulciſonæ prope murmur aquæ, qnâ plurima myrtus
Imminet,& ramos extendit opaca cupreſſus,
Tityrus ac Mopſus pecudes;& lentus in umbra
Doridis inſanos Damon modulatur amores;
Ingeminatque novos cantus Philomela; *Deuſque*
Arcadiæ baccis Ebuli, *minioque decorus*
Carmina cantat ovans genialia; ſævaque Thyrſis
Saltantes ſequitur Satyros,& pulcher Alexis:
DAPHNIS *honos campi, paſtorum gloria* DAPHNIS
Inviſit patrios longo pòſt tempore fines.
O utinam diuturna ſient hæc gaudia nobis;
Et mecum libeat ſemper tibi, DAPHNI, *paternum*
Rus, notaſque habitare caſas,& figere cervos
Veloces, paſtumque gregem compellere ad undas:
Hîc Hyblæa levi ſuadebit inire ſuſurro
Somnum apis, hîc violis nectet depicta, thymoque
DAPHNI *ſerta tibi,& doctus cantabit Amyntas:*
Hîc poteris mecum totâ requieſcere nocte
Flore ſuper molli, cùm primùm ſurgit Eoo
Sol rapidos terrere lupos; roſeâque ſub umbrâ
Sylvicolas Faunos imitari,& Pana canendo:
Sic nos, DAPHNI, *bea; paſtorum gloria,* DAPHNI,
Si qua mei ſupereſt tibi cura, hac ſede quieſce.
O Amarylli Deûm genitrix, Domus inclyta SCOTÛM,
Rorantes attolle genas, oculoſque madentes;
Atque incompoſitos jam tandem pecte capillos
Comtiùs: en tibi DAPHNIS *adeſt, pompâq; coruſcus*
Paſtorum ingenti Forthæ *per amœna vireta*

Anti-

Antiquæ incedit referens veſtigia formæ:
Lætus in Ortygia qualis mitratus Apollo,
Diffuſos lauro crines, rubriſque pyropis
Involvens, & tela manu radiantia quaſſans
Inſtaurat choreas; tanto ſese arduus infert
Ornatus decore, & talis tua gloria DAPHNIS
Inviſit patrios longo pòſt tempore fines.
DAPHNIS *adeſt: te,* DAPHNI, *canunt humilesq́; myricæ*
Convalleſque, nigrumq́; nemus: nunc herba veneni
Occidit, en Virgo *redit, &* Saturnia *regna:*
Nunc & odore vigent dulci colocaſia, campus
Flore nitet, pleniſque tumet gravida uva racemis.
Dulcè canunt volucres; Eurus, Zephyruſque, Notuſq́;
Blandiùs adſpirant: lætæ tibi lilia, DAPHNI
Ecce ferunt Nymphæ, & flores fragrantis anethi;
Textaſque adjungunt vernâ de fronde corollas.
Ipſe ego capreolos variatâ pelle, patreſque,
Spemque gregis, noſtræ nuper data munera Daphnes,
Et picam humanas edoctam reddere voces,
Poculaque è viridi fago cælata, periti
Alcimedontis opus, queis torno inſculptus Adonis
Eſt rogus, & Veneris lachrymæ Phœbique labores;
Queiſque magis gaudes longum ſervata per ævum
Carmina donabo: tu, tu Coridonis *amorem*
Ne ſperne, & læti dabimus majora quotannis.
Ite igitur felix hedi pecus, ite capellæ;
Carpite jam teneras ſalices; ſaturæque süavem
Propter aquæ rivos ſalientis inite ſoporem.
Vos quoque paſtores, vos ruſtica numina Fauni,
Et tu bella meus Daphne *furor, aureâ fronde*
Tempora vincta, comamque roſis, violiſque fluentem,
Gaudentes agitate choros, & ſpargite feſtis
Tellurem foliis; nam campi gloria DAPHNIS
Inviſit patrios longo pòſt tempore fines.

Juſtinus Arondæus.

Eximii laudes magniq; potentia Regis.

VEre novo ut piſces Thetidos penetralia linquunt,
Vt luſus rapidi celebrent in fluminis undis
Cæruleis, nec non ſua gaudia ſæpe frequentent,
Donec ad extremas nativi fluminis aulas
Perveniant, quas nulla ciborum dulcia fruſta,
Nec quæſita quies, nec ſuavia murmura ripæ:
Textilia herbarum viridum: aut præſentia mortis
Vnquam abolere queant. Tanto genitalis amore,
Nativique ſoli noctuque, diuque feruntur.
Hæc ſuperant dum illuc oculos animoſque recondunt
Dulce voluptatum tentamine, dulce viarum
Longarum ſolo ſolamine, luſibus ipſis,
Oblectantur ubique vel eſcis morte petitis,
Tale tuum ſtudium ſummum, taliſque cupido
Viſendi patriam gratam, gratoſque penates:
Et populos (Rex magne) tuos, tua pignora grata,
Qui patriam ut patrem, quem patrem ut, patria flagrat.
Quos neque terra parens populo communis utrique,
Nec mare vicinas gaudens conjungere gentes,
Relligione, ſuos toties perpeſſa labores,
Nunc purgata tamen, pacataque numine dextro;
Hos tu conjungis, Rex præſtantiſſime Regum,
Conjunctoſque animis ſtabilique tenore tenebis
Pacis, & æterni contracto fœdere vincli.
Regna ſuis dudum vix pervia, pervia reddis
Cunctis, quorum animi capiuntur amore videndi.
Plus tu igitur præſtas ſolus quàm præſtitit olim
Britto vetus, Pictus, Romanus, Gothus, Iberque:
Plus quoque quàm Saxo, *& ſuperato* Saxone, *Cimber,*
Neuſter, Germanus, Gallus, quàm Scotus, & Anglus,
Multi & magnanimis cupidi dare jura Britannis.
Neve quis hoc mirum ducat, complecteris in te
Omnia, quæ reliqui poterant prætendere jura.
Ergo jure novi & veteres cecinere Poëtæ,
Imperio veniente tuo, felicia cuncta
Ventura in populos fato meliore Britannos.
Temporis hunc modulum Parcæ *concedite, donec*

Scotica *tot ſeclis diſcreta ac* Anglica *tellus*
Officiis, pactis, & legum tramite, Regis
Invicti auſpiciis animo coaleſcat: & vndis
Quos mare, quos eadem cœli poſitura, ſolique
Copulat, hos populum Concordia nectat in vnum.

Ioannes Durwardus.

Phœbus & Kinalochus colloquuntur.

KINALOCHUS

PHœbe pater ſuccurre pius, faciliſq́, volenti
Magnanimum Aonis concelebrare modis;
Cui mundi ſator indomitis dare jura Britã-
Et dedit invictâ ſceptra tenere manu: (nis

Phœ. *Tune vnquam meritâ celebrabis laude Monarcham*
Terrenique feres nomen in aſtra Dei,
Quem decor, auratis ambit quem gloria pennis,
Quem tremit, & cujus nomen adorat humus?

Kin. *Sarcina magna, meis humeris minus apta: favoris*
Audacem faciet vel levis aura tui.

Phœ. *Num Phaëtontæus furor, aut fanaticus ardor,*
Præcipitem in furias certaque fata ruit?
Principe digna tuo non pangere carmina poſſes,
Robora ſi noſtris viribus aucta forent.

Kin. *Ergone magnanimi reticebo encomia* Regis,
Nec dabitur laudes concelebrare tuas,
O Patriæ Pater, & mundi rariſſime Phœnix,
Præſidium regni, ſpes columenque tui?
Extera qui nutu, qui propria regna ſagaci
Conſilio, ſumma cum pietate regis.
Gallia nuper erat civilibus obruta bellis,
Nunc duce te, accepto munere pacis, ovat;
Et quòd Belga ferox, & quòd truculentius Iberus
Pacificè vivant, muneris omne tui eſt.
Quòd Suedo pax cum Cimbris, cum Saxone Iberis,
Germaniſque viget, muneris omne tui eſt.
Anglus amat Scotos, Scotis chariſſimus Anglus,
Hiberniſque ſimul, munere, Sexte, tuo.
Vt triplices animos regeres in pace, videris
Tu regno triplici cœlitus eſſe datus

David Kinalochus.

ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ

NOMINE ANDREANÆ ACADEMIÆ.

AD REGEM προσφώνησις.

MAgnificas Solis Phaëton cum venit ad ædes
Cultam ubi materiam nobile vicit opus;
Constitit attonitus: nec enim propiora fere
Lumina magnanimi fulgura clara dei; (bat
Dum Phœbus radios circum caput omne micantes
Deponens, natum jußit adeſſe ſuum.
Summe Parens Patriæ ſic nos inſignibus arces
Imperii, & clari faſcibus ingenii.
Pallemus, celebrem veluti dicturus ad aram,
Aut colubrum nudo qui pede preßit humi.
Terrarum vaſtique maris Rex arbiter, ævi
Gloria, inacceßi maxima cura Dei,
Pone apicem radioſque tuos, admitte Camœnas
Pulſantes ſacras (Numina noſtra) fores.
Quiſquilias tricaſque leves facili cape vultu,
Et dignum imperio pone ſupercilium.
Quòd ſi non recipis meritis niſi congrua, nemo
Æquabit laudes, Rex generoſe, tuas:
Non qui Smyrnæo deſcripſit Pergama plectro,
Et cecinit Graiâ non imitanda tubâ:
Non ſi Calliope, non ſi producat Apollo
Orphea Biſtonium laurigerumque Linum.
Adſcita ingenitam non augent lumina lucem,
Nec tua carminibus creſcere fama poteſt.
Laus tua conſpicuæ ſcandens ſuper aurea famæ
Culmina, non jam quò progrediatur habet.
Tu tua manſuris ſolus committere chartis
Geſta vales, nobis eſt voluiſſe ſatis.

De

DE REGE SERENISSIMO MENSE

Maio ad natale ſolum redeunte Gratulatio, iterumque abeunte, Lachrymæ.

QVid fratres ſcandis geminos, Sol *auree, quorum*
Luctâ unus, volucri nobilis alter equo?
Stella Stuarta *duos alterna luce micantes*
Vincit, & innumeri ſideris inſtar adeſt.
Hinc puri ſine fæce dies, hinc mitis Fois
Lucidiùs ſolito Cynthius exit aquis:
Hinc frondent ſylvæ, turgent & in arbore gemmæ,
Hinc vdâ emergit primula meſsis humo:
In pratis agnique leves, hœdique petulci
Luxuriant, quot non viderat antè Pales:
Annonæ veteris pleno bona copia cornu,
Atque hornæ Cereris ſpes alit agricolas.
Et volupe eſt Muſis lætas agitare choræas,
Et viridi ſacram cingere fronde comam;
Et feſtum celebrare diem; REX *namque Camœnas*
Reſpicit, & triſtes ſolus egere vetat.
Colludunt Charites Muſis, Aglaia, Thalia,
Euphroſyne roſeis innuba virgo genis.
Exultat Phœbus, Pallaſque intacta triumphat,
Et ſaltat nudo Suada, Venuſque pede.
Aurea jurares cœlo demiſſa coruſco
Tempora, Falciferi *ſecla beata* Senis.
Non has delicias, non hunc tibi, Maie, leporem
Conciliat nato Maia *ſuperba ſuo:*
Principis adventus, præſens & numen, & ampla
Majeſtas Maio commoda tanta parit,
At cùm ſubducet ſese hæc lux candida, flebis
SCOTIA, *& ingratas experiere vices:*
Heu qualis rerum facies! fugitiua queremur
Gaudia præcipiti lubrica ſtare loco.
Gramina marcebunt, languebit in arbore cortex,
Depoſitum diſcet fallere terra ferax.
Non ſalient teneræ per prata & ſaxa Napææ,
Mœrebunt vitreæ ſicca fluenta deæ.

Et licet obſcuro pellantur nubila cœlo,
Ex populi lachrymis largior imber erit.
Cynthius informi vultum ferrugine tectus,
Orbatus magna parte decoris erit.
Vt Phaëtonteæ triſtis poſt fata ruinæ
Per cœlum fractis abnuit ire rotis,
Cimmeriæ vobis tenebræ fidiſſima Scoti
Pectora,; cum averſis Rex pius ibit equis.
Phœbe mane, lux alma mane, mora libera ſi ſit,
Præſidium populi deliciumque tui.
Aut quoniam gaudent cœleſtia corpora motu,
Et nequeunt vno ſidera ſtare loco;
Saltem cum Zephyris anno vertente reviſe,
Cum veniet blandi nuncia veris avis.
Te licet Hiſpanus Regem ſibi poſcat, & Jndus,
Scotorum *ſemper pectore clauſus eris.*
Te ſine languemus victi mœrore, remotis
Vt Phœbi radiis ſqualida torpet humus.

Dignum laude virum muſa vetat mori.

INſita ſunt cunctis divinæ ſemina mentis,
Quantum non illis corpora tarda nocent.
Hinc virtutis amor, pulchrique innata cupido
Omnibus, et magnum gloria calcar habet.
Divorum genus Heroes, & nomina regis
Magna, fere magnis æquiparanda diis
Præ reliquis ardent & famæ, & laudis amore,
Et cupiunt dulci carmine facta cani.
Magnus Alexander parvam gemibundus ad vrnam
Dum ſtat, felicem prædicat Æaciden;
Quippe cui laudum præco ſublimis Homerus
Contigit Aonii lux & origo chori.
Ennius arte carens Calabris è montibus ortus
Scipiadæ thalamo proximus & tumulo.
Dicuntur bello partas ſacraſſe coronas,
Et Muſis veteres thure litaſſe duces:
Et meritò quid enim Muſis eſt dulcius? aut quid
Jndole Regali digniùs eſſe queat?
Et tibi non durum circum præcordia ferrum,
Nec riget in fibris ſaxea vena tuis.

Mite

Mite ſed ingenium, molle & tractabile pectus,
Et tanto imperio congruus oris honos.
Facta adamantæis incidi digna tabellis,
Sola Sophoclæo facta canenda ſtylo.
Ergo fave titulis, famamque extende benignam,
Invidiſſe tuis ne videare bonis.
Flagitat hoc hæres, divini ſeminis heros:
Qui creſcat riguis vt ſolet alnus aquis.
Hoc Patria expoſcit genibus minor, & ſibi ſemper
Plaudit, quòd patriæ contigit eſſe tuæ.
Munera, quæ natura potens, & numen, & aſtra
Singula diſpenſant omnibus, vnus habes.
Hæc tamen in tenues vaneſcent protinus auras,
Ni ſint artifici perpetuata manu.
Non hoc marmor, ebur, non æra Ephyreia præſtant,
Hoc dare Mnemosynes filia ſola poteſt.
Atria præcelſis vel cœlo æquanda columnis,
Tectaque de pario marmore, regis opus,
Dives gaza, Arabum gemmæ, pretioſa ſupellex
Externæ tantum ſymbola ſortis erunt:
In tabula Zeuxis, ducet Leuſippus in ære,
Quæ fuerit vultus gratia, frontis honos;
At non eximias dotes, radiantia mentis
Lumina, & antiquis æmula facta diis.
Hoc tibi præſtabunt docti, doctiſſime, vates
Quorum operâ, magnâ parte ſuperſtes eris.
Præterea rebus properant ſua fata caducis,
Longaque conſumit maxima quæque dies.
Vaſtæ pyramidum moles, Babylonis & alti
Mœnia, ſunt nomen præter inane nihil.
Carmina contemnunt ferrumque, imbreſque, Jovemque,
Tempus in illa nihil juris habere poteſt.
Ædituis ſacris, & vatibus addere calcar
Ne pigeat, Thyrſo pectora tange tuo;
Vt ſtudio majore petant Helicona, tuiſque
Noctes atque dies laudibus invigilent.
Et vos, ô vates, famam ſi quæritis, hæc ſit
Materies Muſis, ingeniiſque ſeges.
Interea has inter lauros, hederaſque, myricas
Serpere, me inque tuis vatibus eſſe jube.

AD REGEM

ut qui Muſis otia præſtitit, etiam pauperiem levet.

NOn vocem intendit liquidís olor albus in vn
Niſpiret Zephyri blandior aura vagi. (dís,
Dumq; errat picto ſonipes ſecurus in arvo
Suſcitat auditâ membra animoſq; tubâ.
Ampla licet merces virtus ſibi, calcar acutum
Spes lucri, & caſtæ buccina laudís habet.
Nos, ſi grata tui circumſonet aura favorís,
Pangemus Clario carmina grata deo.
Non opus eſt rigido nobis accingier enſe,
Mittere nec validâ ſpicula lenta manu.
Auſpiciis Rex ſumme tuís ſunt carmina curæ,
Aonias recreant otia tuta deas.
Non nunc ancipitís rabies horrenda duelli,
Non pedes armatus, non metuendus eques.
Jamque diu populi diſcordia corda Britanni
Junxiſti, æternæ copulâ amicitiæ.
Sed firmum nihil eſt & ab omni parte beatum;
Vnus adhuc ſupereſt hoſtis, & arma capit.
Pauperies maleſuada, ſacrís infeſta Camœnís:
Et grave quòd nimio pondere mergit onus.
Non gravior vaſto moles impoſta Typhœo:
Sub tanto gemeret faſce ſtupendus Atlas:
Huic non certaret diram qui contudit Hydram
Alcides, quamvis dictus ἀλεξίκακος:
Fortior Alcide, magno quoque major Achille,
Huc ades, inque hoſtem ſuggere tela gravem.
Nec ſequere Auguſtum, quamvis potes, haud dedit au-
Penſavit doctís carmina carminibus (rum
Aurea ſed par eſt noſtrum dare munera Regem,
Secula qui nobís aurea reſtituit.

Deſiderium Patriæ.

DVm parat ad patriam reditum Laertius heros
Adverſis rerum pene ſepultus aquís,
Tranſmittit plenis torrentia flumina ripís,
Et ſuperat rupes aëreaſque nives
Sirenum voces, Acheloia monſtra, ſorores,
Leucoſiam, Lygiam, Parthenopenque fugit.

Scylla

Scylla rapax viſa eſt, viſa implacata Charibdis,
Demerguntque Ithacas impia ſaxa rates.
Viſus & ætnæo Siculus Polyphemus in antro,
Quem madidum multo perdidit ille mero.
Nobilis inde Lami veterem delatus in urbem,
Antiphatæ vidit regna cruenta feri.
Naufraga Campanæ legit quoque littora terræ,
Dives ubi Circe filia Solis erat:
Sed non cum ſociis, infamia pocula, ſtultis
Hauſit, Acidaliæ toxica grata deæ:
Reſtabat fatis aliquid, ſpecioſa Calypſo
Viſenda Ogygii gloria prima ſoli.
Fecit delicias, uſa eſt mille artibus, ampli
Non animum vertit conſiliumque viri.
Adverſos quoties cauſata eſt anxia ventos,
Et variâ longas nexuit arte moras.
Ah quoties dixit, quæ te dementia cæpit,
Qui præfers cultis aſpera ſaxa locis?
Quæ neque ſunt planis ſpatiis porrecta, nec herbæ
Prodiga; non Bacchus, non ibi flava Ceres.
Objecit populoſque rudes, humileſque penates,
Penelopenque ream ruſticitatis agit?
Addidit & dulcem vitæ immortalis honorem,
Et ſæpe immenſas jactat & auget opes.
Ille velut ſurdâ prudens avertitur aure,
Ut ſaxum tumidi quod ferit unda ſali.
Qui ſolitus fumum, & patriæ laudare favillam,
Et lætâ patrios fronte videre focos.
O qui cordato magis es cordatus Vlyſſe,
Armipotens, divis proxime, cura deûm,
Ter quater eſt Phœbus ſua per veſtigia lapſus,
Perque polum celeres ſæpius egit equos
Ex quo longinquas ultro invitatus ad oras,
Cæpiſti imperii frena tenere novi;
Non tamen innatum patriæ ſedavit amorem
(Quæ ſæpe imminuit maxima) longa dies:
Non alios ritus, alosve ediſcere mores,
Non facit inſolito fundere verba ſono.
Sed dicas Anglâ *quidnam ſpecioſius aulâ,*
Hic Thameſis decus eſt urbis, & orbis amor.

Persa-

Perſarum Siculæque dapes, & lauta ſupellex,
Tectaque Niliacis annula penè Pharis.
Sed quoties ſtudia antiqua, antiquique penates,
Et ſubiere animum gaudia priſca tuum,
Dilectæ patriæ toties occurrit imago,
Et toties curis tortus es uſque novis.
Cuncta ſuos repetunt ortus, nemora alta volucres,
Salmones nitidi flumina, luſtra feræ.
Omnia ſi nobis adſint, tamen omnia deſunt,
Si miſeris noto non licet ore frui,
Purpuream trabeam, & ſacram ſpectare tiaram,
Libare & manibus baſia mille ſacris.

Doctrina Principis ornamentum.

CAſta Minerva truces enſem diſtringit in hoſtes,
Torquet & intrepidâ Martia tela manu.
Nocturnis eadem ſolet impalleſcere chartis,
Sæpe ſolet pluteum cædere, ſæpe caput.
Sic ſcandit Princeps ſolium ſpectabilis altum,
Imperio clarus, clarior ingenio.
Quàm benè conveniunt, & in uno pectore ſidunt
Imperii faſces, ingeniique faces.

AD POTENTISSIMVM INVICTISSIMVMQVE MAGNÆ BRITANNIÆ FR. & HIB. &c. *Monarcham*

Panegyricus.

PHœbe vices anni varias qui præpete curſu
Dividis, æthereis flammantia lumina templis
Conde: orta eſt nova lux major, jamq; æmula tellus,
Jam ſolem eſt enixa ſuum, qui luce jacentes
Axe ſub Arctoo terras illuſtrat, & omnem
Conſpicuæ lucis radios diffundit in orbem.
Martia qui populi, ſed Marte invicta, Britanni
Pectora ſubſtrictis flectit rationis habenis;
Qui quanquam emineat titulis inſignis avitis,
Magnis major avis, ſena & centena priorum
Stemmataque, & regum titulos ipſe ornat, & auget
Mole novâ, Tribulumque Roſæ, Pardumq; Leoni
Vnit, & ut ſtabili concordent fœdere, raucæ
Junxit fila Lyræ, qualem vel Thracius Orpheus

Sumpſit, vbi rapidas voluit compeſcere tigres,
Vel qualem Amphion, Dircææ conditor arcis,
Quem perhibent numeris lapides animaſſe canoris.
Quodque magis ſtupeas, non vnquam contigit vlli
Talis honos, tanto procerum plebiſque favore;
Felix vnanimis quem publica gratia votis
Flagitat, & cujus regni primordia, fauſto
Omine, ſubſequitur noſtri concordia mundi.
O fortunatos populos! felicia regna,
Tam miti ſubjecta jugo! quæ poplite flexo
Tam molle imperium agnoſcunt: non effera ſævi
Hiſpani rabies, non Turcæ effrœna poteſtas,
Qui totum ſumptis orbem circumtonat armis,
Compellet veteres ſedem mutare Britannos,
Aut alio profugos ſecum aſportare penates.
Præſidium, arx, columen, ſtatio, tutamen, aſylum
Rex erit, & ſævum clypeus porrectus in hoſtem:
Quem non frangit hebes ſomnus; nec inertia, Siren
Improba, nec patitur luxu tabeſcere corpus;
Indomitis ſed gaudet equis, duriſque lupatis
Temperat, in patulo ſeu vult decurrere campo,
Seu ſinuare fugam & gyros in mille ferocem
Flectere cornipedem Chiron victorque chimeræ
Bellerophon; victis Pollux quoque cedet habenis.
Venatu invigilat, modò tendens obvia cervis
Retia, vel captus prædæ melioris amore
Fulmineos invadit apros, rigidoſque per armos
Arma quatit, certâ defigens vulnera ſede.
Mundi oculus, luciſque deus miſeratus iniquam
Scotigenûm ſortem, craſſis adoperta tenebris
Pectora, & averſas a lucis origine mentes
Vidit, & indoluit, cœloque emiſit ab alto
Te radioſque, JACOBE, tuos; queis omnia cedant
Sidera; non Helice nautis bene nota Pelaſgis,
Prævia nec dubiis par eſt Cynoſura carinis:
Poſtquam alluxiſti, Scotis nox atra receſſit
Protinus, & denſæ fugiunt caliginis vmbræ.
Namque prius (meminiſſe piget) gens noſtra colebat
Degeneres luteoſque deos, ſimulachraque vanis
Picta modis vitæ ſenſuſque expertia, fuco

perli-

Perlita, & in ſtygiis inſomnia nata tabernis:
Sed ſimul invicti fax illibata Stuarti
Emicat, humani pereunt figmenta cerebri;
Ad vivum verumque Deum libamina puræ
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto
Deferimus, ſpretâ Latiæ Meretricis acerrâ.
Legibus, exemplo, vitâque accendit in oris
Omnibus ardentem veræ pietatis amorem.
Juſtitiæ vindex legumque minacia molli
Numine vincla levat, mitis clementia ſummi
Temperat examen juris; pax aurea dotat,
Ditat & invictos illo regnante Britannos.
Armorum paciſque bonæ licet arbiter, armis
Otia, pacalem Lauro præponit olivam:
Scuta ſitu marcent, ſcabrâ rubigine tela
Squalent, in curvum gladius conflatur aratrum.
Sed quid ego Icariis demens ſuper æthera pennis
Vectus, & infido poſiturus nomina ponto,
Innumeros laudum titulos, & pondera rerum
Ingenio majora rudi comprendere coner?
Quis Cereris ſpicas, Bacchi numeravit & uvas?
Plurimaque in lætis naſcentia gramina pratis?
Irrigat aut quoties ſitientes optimus agros
Juppiter, & læto deſcendit plurimus imbri,
Quiſnam deciduæ guttas percenſuit undæ?
O ſi Meonium ferrent hæc ferrea vatem
Secula! non iram caneret florente Thaliâ
Militis indomitam, longiſque erroribus actum
Æoliden, tu nectareis longè potiorem
Sufficeres numeris ſegetem genioque Poëtæ.
O utinam in terris lampas STUARTA *perrennet,*
Scotigeni *Solemque ſoli non ullus Horizon*
Terminet, occiduas ſerò declinet in oras:
Scotia *ter felix tanto ſe jactet alumno;*
Scotia *ter felix tanto gratare patrono;*
Deliciæ rarumque decus tibi contigit ævi,
Omnibus opponas unum, quos Græcia *mendax*
Vendicat, aut crebris Roma *imperioſa triumphis.*

Henricus Danskinus Philol. Profes.

ΑΣΠΑΣΜΟΣ ΣΥΜΠΕΡΑΝΤΙΚΟΣ.

Ἄμες οἱς ὕδεν γλύκιραν δεδωκαν
Ἀξιον μῶσαν μελι, τολμάωμεν
Ταῦτα τῆς ψυχῆς, Βασιλεῦ, ταπείνης
Δῶρα φεριδεῖν.
Οἶδατες καλῶς ὅτι τάν μέριμναν
ὐδαμῶς τικλει μεγάλῳ χρέοντι
Ψιλότης δωραν, ἀτάρ ἡ διδοντος
Ψυχροθυμια.
Ἦν μὲν ἀγνωσον μισέω κακιαν,
Ευ θέλων ποιεῖν, δυνάμιν δ' ἑτοίμην
Μηδαμῶς ἐσὴν κλάμενος, προσοίσω
Δῶρον ἄδωρον.
Καί σμίρκον δῶρον, μέλος δὴ ἀοιδᾶς,
Κᾆν μὲν ἄξεσον γέρας, ὡς μενοίνης
Εὐμενῆς ἔργον Βασιλεῖ κρατισῳ
Χαῖρε λεγούσης
Χάρε σκηπτοῦχον κλέος οὖν ἀνακτῶν,
Δόξα τῦ κόσμυ, πατριδος τε ζώης,
Καί ἥρως πάντων ἁγίων, χαρὴ τε
Χλῶρα θεῖσι.

Ioannes Aulæogósetos.

THESES THEOLOGICAE, DE POTESTATE PRINCIPIS, QUAS

Ad IV. Idus Iulii *Andreapoli*

Coram REGE illuſtriſsimo

Præſide *Roberto Hovæo* S.S. Theologiæ Doctore

Propugnavit *David Lyndeſius* S.S. Theologiæ D.

1

QUEMADMODUM *divina providentia res omnes alias non communi tantum procuratione, ſed ſuis etiam certis quibuſdam legibus naturæ cuique penitus infixis, ſuſtentat regit & tuetur: ſic conſervando generi humano, aptum & convenientem ordinem conſtituit, quo tum Religio & pietas in* DEUM: *tum inter homines ſocietas continetur.*

2 Ejus *ordinis miniſtri cuſtodes & conſervatores ſunt, Imperatores, Reges, Principes,* καὶ πάντες ὁ ὑπεροχὴν *qui virtute poteſtatis, et Imperii auctoritate, non modo tranquillam et quietam vitam præſtare ſuis ſubditis tenentur: ſed prudenter etiam cavere ne vitam hanc in hara tranſigant porci velut Epicuri; verum ut in honeſtate & omni pietate degant, ut decet homines qui divinæ rationis, & immortalitatis ſunt participes.*

3 Honeſtas *ſeu* σεμνότης *eſt non tantum ſua cuique congrua, & virtuti conſentanea vivendi ratio: ſed humanæ etiam ſocietatis & cõmunitatis hominum inter ſe apta convenientia & gravis condecentia.*

4 Societatem *hanc conciliat natura, primum maris & fœminæ conjugio, unde propagatio generis humani; deinde rationis & orationis uſu, unde nata inter homines commercia, ſcientiæ & artes omnes, tum liberales tum mechanicæ, quibus tanquam adamantinis catenæ vere aureæ cujusdã annulis, homines cum hominibus arctiſſime colligantur.*

5 Harum *rerum etſi nec inventio, nec traditio, nec exercitium ad Magiſtratum pertinent: ſed ad eas homines partim facti ſunt et nati, partim ſingulari quadam & divina gratia imbuti, partim a ſapientibus & peritis artificibus inſtructi: de illarum tamen uſu ad Reip. utilitatem, & ad præclaram illam communitatis humanæ* σεμνότητα *conſervandam leges condere, ad jus imperij et magiſtratus poteſtatem ſpectat.*

6 Pietatis *& Religionis (cujus vinculo homines cum* DEO *& inter ſe firmiſſime devinciuntur) inſtituendæ & præſcribendæ auctoritas, ejuſque omnis adminiſtrandæ ratio, & miniſtrorum ordinatio, divina prorſus & cœleſtis eſt, & ad* CHRISTI *Domini ſuper domo* DEI, *imperium & poteſtatem ſolum pertinet.*

7 DE *Pietate tamen & Religione â* DEO *tradita, ſtabilienda & conſervanda: collapſa reſtauranda: corrupta perpurganda & de miniſtris ejus alendis, protegendis, & ſicubi enormes ſunt in ordinem etiam cogendis: denique de omnibus* εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν *in divino cultu peragendis: leges conſtituere & judicia exercere Reges & Magiſtratus poſſunt & ex officio tenentur: ut omnia ad* DEI *gloriam & populi ſalutem referantur.*

Ver

8 VErum *in his omnibus gerendis divinam voluntatem certo exploratam habere: ad eamque leges de Religione, & legum executiones & actiones suas omnes dirigere & formare debent.*

9 ETsi *ad hæc omnia præstanda circa Pietatem & Religionem, Reges et Magistratus ethnici potestatem olim habuerunt, & etiam nunc habent: hanc tamen divinæ volũtatis certa cognitione destituti exercere rite non poterant, nec temere debebant, ideoque arbitratu suo nunquam ea vsi sunt, sine Sacrilegio, Idololatria, & detestanda superstitione.*

10 CHristianis *Magistratibus Christianismus juris novi nihil tribuit, hujus tamen beneficio potestatis ejus, quam jure obtinent, vsum legitimum & exercitium circa divinum cultum habent, aut habere saltem possunt & debent, quatenus scilicet per Evangelium ejusq; ministerium voluntatem* DEI *in omnibus quæ ad Religionem spectant plene planeque patefactam habent.*

11 AD *potestatis hujus exercitium legitimum non solum pertinet, jurisdictionem illam & disciplinam, quam in Ecclesia Christus instituit in suo nomine, per Ministros suos exercendam; auctoritate legum & imperii confirmare, stabilire & munire. verum præterea ad doctrinæ puritatem, Ecclesiæ sanctitatem & salutem, honorem* DEI *& gloriam tuendam contra flagitia, hæreses, & scandala: ad ejusdem potestatis vsum spectat, leges ferre, quibus temporales quoque pœnæ decernantur, Judicia constituantur, & Judices ad causas has idonei præficiantur qui Magistratuum ipsorum nomine jus dicant.*

12 EX *his manifestum est causas & personas omnes Christianis Magistratibus, vel ut gubernatoribus; vel vt Judicibus subiectas esse vt gubernatoribus, quatenus sacra de his Judicia quæ in Christi nomine procedunt, auctoritate Magistratuum Christianorum (quorum tutelæ sunt commissa) confirmantur, stabiliuntur & muniuntur: ut Judicibus vero quatenus super eisdem causis & personis Magistratuum ipsorum nomine Judicia ab ipsis constituta, per Ministros suos exercentur.*

13 HInc *patet etiam, quod Christianus Magistratus potestatem habeat in sua ditione Ecclesiastica concilia indicendi, cogendi, & in eis præsidendi; non ut Episcopus & Judex internorum: Christus enim in cujus nomine habentur hæc comitia Judex internorum solus est; nec ut vicarius aut minister aliquis ad hoc a Christo delegatus et subordinatus: sed ut summus gubernator a mundi maximo gubernatore* DEO *ad dignitatis amplioris longe & augustioris fastigium evectus, quam est ministerium ecclesiasticum aut quodcunq; munus pastorale, ad ordinis illius scilicet divinæ providentiæ conservationem, qui tum humanam πολιτειαν ad societatis humanæ σεμνότητα tum divinam etiam ad pietatem pertinentem, ambitu suo comprehendit.*

14 Denique *corruptam Religionem perpurgare, collapſam reſtaurare, poſtquam divinam voluntatem plene compertam habet; aut per Eccleſiaſtica comitia ad hoc legitime coacta, ad exemplum Conſtantini; aut per regni univerſi comitia ad exemplum Joſiæ; aut, ſi propter temporum corruptelam tum in Eccleſia, tum in Republ. prævalentem, ut in regno Iſraelis poſt Achabi tempora, & in papiſmo noſtris his temporibus per ordinaria hæc media nihil profecerit; tum Chriſtianus Magiſtratus armata vi cultum Idololatricum & ſuperſtitioſum delere funditus & extirpare, & verum reſtaurare poteſt, & debet, ad exemplum Jerubbaelis, Jehu, & Joſiæ.*

15 Etſi *Chriſtianus Magiſtratus tum beneficiorum in Baptiſmo perceptorum ratione; tum fidei & obedientiæ chriſtianæ ſolemni ſtipulatione, in omnibus ad pietatem pertinentibus, ſpirituali regno Chriſti, ejuſque miniſterio ſubjectus ſit: poteſtas tamen ejus haud ſubordinata eſt huic Chriſti regno, aut miniſterio regni hujus qualicunque, aut miniſtris quibuſcunque.*

16 Nam *qui ſubordinatam habet poteſtatem miniſter eſt ſuperioris poteſtatis cui ſubordinatur: Chriſtianus autem magiſtratus quâ* Rex *& Imperator eſt imperii terreni, vel regni quod eſt ex hoc mundo, miniſter eius regni nequit eſſe, quod ex hoc mundo non eſt, regni ſcilicet ſpiritualis Chriſti, cujus omne miniſterium eſt ſpirituale: Itaq; Chriſtianus Magiſtratus quâ chriſtianus, unus eſt de grege; qua magiſtratus, gubernator gregis.*

17 Quod *autem attinet ad jusjurandum quo ſe obſtringunt quidam Magiſtratus, cum regnum ineunt, ad Religionem Chriſtianam defendendam & ad obedientiam & fidelitatem Papæ & eccleſiæ præſtandam, id per partes eſt conſiderandum.*

18 Primum, *Religionem conſervare & tueri quâ Magiſtratus ſunt a* Deo *conſtituti; deinde quâ ſunt chriſtiani, Eccleſiæ parere debent: pars reliqua ad Papam pertinens agnoſcit Papæ, ſupra omnem appellatum Deum aut Auguſtum, exaltationem: ad hanc ideo præſtandam non obligantur, ſed ad ſeriam reſipiſcentiam, propter jusiurandum in* Deum *impium, & ipſis ignominioſum, quibus Deus hoc* σέβασμα *vel venerationem tribuit, ut Dij & filii excelſi vocarentur.*

19 Denique, *ſi magiſtratus* à *Religione chriſtiana defecerit & fidem abnegaverit, tum regni Chriſti privilegiis & beneficiis privatur omnibus. Imperium tamen, & poteſtatem non amittit, quæ nec ab illo auferre, nec in alium transferre quiſquam poteſt, nec ſubditos a debita obedientia & ſubiectionis nexu ſolvere.*

Hic

20 *Hîc tamen admonendi ſunt apoſtatæ, quod Chriſtus duplex habet regnum, vnum acquiſitum obedientiæ & mortis merito, quod regnum gratiæ & ſpirituale a nobis ſupra nominatur. Alterum ipſi communicatum a patre ante ſecula, quod regnum eſt potentiæ & providentiæ communis, in cuius etiam communionem poſt reſurrectionem aſcita Jam humanitate, Chriſtus jure Rex eſt Regum & Dominus Dominantium, omnemque ſibi poteſtatem ſubordinatam habet & ſubjectam.*

NUnc ergo REGES animadvertite, erudimini Judices terræ, colite Jehovam cum reverentia, & exultate cum tremore: oſculamini filium, ut non iraſcatur, & pereatis in via, ſi exarſerit vel minimùm ira ejus, *Beati omnes qui ſe recipiunt ad eum.*

Ubi præfatus eſſet diſputatonis Præſes, D. *Hovæus;* ſic reſpondens Theſes ſuas explicavit.

VT in futura συζήτησει de *Poteſtate Principis* plenior & evidentior ſit ſtatus controverſiæ, tria ſunt conſideranda. Primum, quis ſit finis politicæ poteſtatis, & quæ res circa quas verſatur: Secundum, quonam modo & qua ratione in rebus his verſari debeat: Poſtremum numquid hæc poteſtas ſumma ſit & abſoluta, an alteri ſubordinata. Quod ad primum attinet, pacem & bonum temporale tantùm finem eſſe politicæ poteſtatis contendunt adverſarii; atque hoc nituntur fundamento argumenta penè omnia, quibus poteſtatem hanc ſũmam & abſolutam Principis impugnant. Ad hoc igitur tollendum, quo ſemel everſo, labefactata ſimul omnia adverſariorum firmamenta corruunt; Nos finem Principi propoſitum non eſſe pacem tantúm & temporale bonum, ſed ſpirituale & æternum, argumentis neceſſariis, & rationibus firmiſſimis, paucis tamen & brevibus, evincere conabimur. Etenim nec hominem creavit DEUS, nec per naturam homines conſociavit, ut in pace tantum degerent; & vitæ hujus bonis fruerentur: verum, ut vitæ hujus commodis tanquam ſubſidiis neceſſariis ad bene beatèque vivendum vterentur: eſt autem bene & beatè vivere, non in otio & voluptatibus vitã tranſi-

tranſigere, quæ deteſtanda Epicuri eſt ſententia â ſanis omnibus explosa: ſed bene & beatè vivere eſt in pietate & honeſtate degere, quæ vitæ huius ſumma eſt felicitas, & certa ad futuram & æternã via. In hac ſententia Philoſophus cum Remp. definit, κοινωνίαν τῶν ὁμοίων ἕνεκεν τῆς ζωῆς τῆς ἐνδεχομένης ἀρίστης communitatem ſimilium, vitæ quoad eius poteſt fieri optimæ gratia conſociatam, ſtatim ſubjicit ἔστι δὲ εὐδαιμονία τὸ ἄριστον eſt autem felicitas vitæ ſtatus optimus, αὕτη δὲ ἀρετῆς ἐνέργεια καὶ χρῆσις τις τέλειος hæc autem eſt virtutis actio et vſus perfectus. Sic Ariſtoteles vitam optimam, quam felicitatem vocat, & in virtutis actione & perfecto vſu ponit, finem Reip. exiſtimat: Cum hic ergo finis ſit & cuiuſque hominis â DEO conditi, & humanæ etiam ſocietatis quod corpus eſt politicum, idem erit finis Principis, qui caput eſt politicum, ſiquidem corporis & capitis idem extremus finis ſit habendus. Confirmat hoc ſanctus Apoſtolus cum magiſtratus in eminentia conſtitutos ſcribit in hunc finem, ut vitam quietam & tranquillam in omni pietate & honeſtate degamus; ex quibus patet pacem & quietem non eſſe finem Principis extremum; ſed Reip. totius & ſingulorum civium piam & honeſtam vitam. Quemadmodum humani corporis finis non eſt ſanitas & firma conſtitutio, ſed animæ imperio obtemperare & vitæ munia obire, quod quia ſine viribus præſtari nequit, curare debet quiſque ſuam valetudinem, nec tamen vivunt homines ut valeant, ſed rationem habent valetudinis ut vivant: ſic pax & quies non eſt extremus finis Principis, ſed civium felicitas & ſummum bonum; quod quia Princeps aſſequi non poteſt ſine pacis ſubſidio, in hoc elaborat ut illud efficiat. Quis Sodomæ & Gomorhæ regulos exiſtimat officio probe defunctos, cum pace ſuos ſubditos & vitæ hujus commodis beaſſent omnibus, interim illis ventri deditis, otio torpeſcere & fœdis voluptatibus diffluere permiſerũt.

Sic ergo fine politicę poteſtatis non in temporali bono tantùm, ſed in vera & æterna etiam felicitate conſtituto. Circa res omnes quæ ad finem hunc perducunt verſari Principem neceſſe eſt: & ſunt illæ non humanæ tantum, ſed etiam æternæ. Bonum temporale etſi rerum humanarum ſubſidio poſſit obtineri; at non æternum ſine ope rerum divinarum quas Religio complectitur. Hoc Divini illi Reges cognoverunt David, Salomon, Ezekias, Joſias, qui in conſtituenda & tuenda vera Religione tanto ſtudio, tanta diligentiâ, tantum operæ & laboris poſuerunt. Ariſtoteles politicorum 7°. cap. 8°. ſex bene conſtitutæ Reip. partes enumerat: Agricolas ad victum: Artifices ad vitæ cultum: Milites ad præſidium

dium: Mercatores ad opes: πεμπτον δε και πρωτον την περι το θειον επιμελειαν, ην καλουσιν ιερατειαν quintam ſed principem rerum divinarum procurationem quod Sacerdotium apellant: Poſtremam Judices. Has partes omnes adeo neceſſarias cenſet Philoſophus, ut ſine harum aliqua, αυτάρκη neget eſſe Remp. quid igitur ſi deſit ea pars, quam etſi quintam ordine recenſet; dignitate tamen principem agnoſcit, cultus divinus & Religio? hanc ergo curæ Principis eximere, eſt mancam & mutilam Remp. efficere; Cives optima felicitatis ſuę parte privare: ipſos autem Principes qui Dii, & filii Excelſi nominantur, a divinis & paternis rebus arcere, quos DEUS promiſit Eccleſiæ nutricios, hos ab Eccleſiæ tutela & cura removere. Ut igitur quæ dicta ſunt in pauca contraham, DEUS qui perfectiſſimæ inter res humanas creaturæ homini, finem perfectiſſimum præſtituit beatitudinem, & ut ad finem hunc illum perduceret, ordinem quoque perfectiſſimum conſtituit & ſuis partibus omnibus abſolutum, inter quas princeps eſt Religio. Idem ad hujus ordinis perfectiſſimi conſervationem poteſtatem quoque perfectiſſimam inſtituit, quæ hujus ordinis non partes alias omiſſis aliis curaret, & quæ in reliquis elaboraret, ſummam autem & præcipuam partem negligeret; verum quæ in hac conſervanda & tuenda nervos omnes intenderet, vires expromeret, curam & cogitationem omnem collocaret. Itaq; Principi nil carius, nihil antiquius, nec quicquam debet eſſe priùs; pura, ſancta, & verenda Divini cultus procuratione.

Hactenus de fine politicæ poteſtatis & rebus circa quas verſatur. Nunc quo modo & qua ratione in his verſari debeat, paucis perſtringam. Neque rerum divinarum neque humanarum inventrix aut effectrix eſt poteſtas hæc, ſed effectas & inventas a DEO & natura accipit, hominem inquit Philoſophus non efficit ſed utitur politica diſciplina. Sic nec artes nec ſcientias, nec res alias quæ ad humanam pertinent ſocietatem, & multo minus quæ ad Religionem efficit aut exercet politicus Magiſtratus: verum illis imperat, quorum operâ hæc fiunt & prudentiâ geruntur. Horum itaq; labore & induſtriâ Remp. beatam & florentem facit, hi ſunt χειροτεχναι, Princeps αρχιτεκτων, hi effectores operum, Princeps horum gubernator & director vel εργοδιωκτης.

Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat,
Per medios inſtans operi regniſque futuris,
Jura dabat legeſque viris, operumque laborem
Partibus æquabat juſtis aut ſorte trahebat.

Prin-

Principis eſt non ad opus manum extendere, ſed mentem intendere, non manum admovere, ſed animum advertere; præſcribere, monere, inſtare, vrgere, pœnas interdum irrogare. Sic dum omnes & ſinguli imperio obſequentes muneribus obeundis, officiis præſtandis & operibus incumbunt ſuis, ingens illud pietatis & honeſtatis opus procedit, & ad finem Principi propoſitum, regni totius & ſingulorum civium ſummum illud bonum tandem perducitur; quo tum Creatoris gloria, tum creaturæ ſalus continetur. Quamobrem rerum omnium cognitione quàm perfectiſſimè inſtructum oportet eſſe Principem, & adhibere in conſilium viros prudentes & expertos & omnium rerum peritos. Jdeoque inter Principes, ὁυτος μὲν πανάριςος ὃς ἀὐτος πανια νοήσῃ Ille quidem optimus eſt qui ſibi ipſi per omnia ſapit: Ἐσθλος δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς ἐυ εἰπόντι πίθηται, rurſus & ille bonus eſt qui bene monenti paruerit. Quo magis nobis ſunt habendæ immortali Deo immortales gratiæ, qui non Solonem, non Licurgum, ſed Davidem alterum & Salomonem (& quod fidenter dixerim) mundi gubernatoris maximi veram ſobolem & incrementum magnum, ſpiritu verè Regio afflatum, ſpiritu ſapientiæ & conſilii, ſpiritu timoris & cognitionis DEI, Regem nobis præpoſuit πάντων ἀνδξιον ἄλλων medium quem cætera turba Regum habet atque humeris extantem ſuſpicit altis. Verum ut inter partes ordinis politici primas obtinet Religio, ſic in politico Magiſtratu imprimis rerum divinarum ſũma cognitio requiritur. Improba eſt temeritas, in quibuſvis rebus, in ſacris autem & divinis impia & flagitioſa. Religio a græcis ἐυλάβεια dicitur, quia dextrè & attentè capiendæ & tractandæ ſunt res ſacræ, omnia in divino cultu ad divinæ voluntatis normam, & non ad hominis arbitrium & placitum humanæ ſapientiæ gerenda ſunt. Moſes omnia ad Typum in monte ſibi commonſtratum formavit. 1 Chron. cap. 28. David Salomoni filio Sacerdotum & Levitarum diſtributiones, ſtructuram Templi omnem, inſtrumentorum vaſorum & rerum omnium ad illud pertinentium ſcribitur tradidiſſe: hæc autem omnia per ſpiritum informata & quaſi de ſcripto accepiſſe e manu Jehovæ qui inſtruxit illum. 2. Ch. cap. vndetriceſimo Ezekias dicitur reſtituiſſe Levitas in domo DEI cum cymbalis cum citharis cum nabliis ex præſcripto Davidis & Gadis regii videntis & Nathanis Prophetæ, quia a Jehova præceptum illud erat per Prophetas ejus. Joſias librum Legis recens repertum populo recitandum & diligenter perlegendum curavit & ad præſcriptum ejus cultum DEI conſtituit. Artaxerxes Eſdra authore & ſuaſore edictum illud verè

verè regium & divinum promulgavit; quicquid eſt ex ſententia Dei cœli diligenter perficitor in domo Dei cœli. David cur arcam de loco in quo prius fuit Sionem tranſportandam curavit, hanc affert cauſam: quia dilexit inquit, Deus Sionem elegit pro habitatione ſua dicens, *Hæc eſt requies mea; hic habitaturus ſum in ſæcula.* cum conſtitutum apud ſe haberet Templum ædificare, opus aggredi noluit in-conſulto Deo cujus per Prophetam voluntate explorata ſtatim conſilium mutavit. Sic ſacri illi & divini Reges in ſacris & divinis rebus liceri ſibi nihil arbitrati ſunt, quod â Jehova non prę ſcriptum aut ſaltem approbatum eſſet. Sed quorſum hæc? vt ſciant Chriſtiani Reges quid inter ipſos & profanos Ethnicos intereſſe debeat: eandem habuerunt poteſtatem Ethnici circa res divinas ſed contactu omnia fœdarunt immundo, aut quia divinam voluntatem ignorabant, aut quia veritatem Dei, in injuſtitia detinebant, χ φάσκοντες εἶναι σόφοι ἐμωράνθησαν cum ſapientes videri vellent ſtulti facti ſunt: nam qui in Divinis ex ſuo ſenſu ſapit, is prorſus deſipit.

Chriſtiani autem Reges cum in Evangelio Typum divini cultus perfectiſſimum, informationem Sancti Spiritus voluntatem & ſententiam Dei cœli expoſitam planiſſime & pleniſſime habeant, ad hæc tanquam ad certiſſimam regulam leges & actiones ſuas omnes dirigere & formare debent, ad exemplum horum ſacratiſſimorum Regum Davidis, Solomonis, Ezekiæ, Joſiæ, atque hæc illorum eſt prę rogativa ſupra omnes Reges & Monarchas Ethnicos, quot ſunt fuerunt aut futuri ſunt. Reſtat locus vltimus, in quo quęritur num *Principis poteſtas* ſumma ſit & abſoluta, an alteri ſubordinata? Summam & abſolutã eſſe nos tuemur. Nulli enim alteri humanę poteſtati ſubjectam aut ſubordinatam eſſe cenſent mecum omnes ſaniores: quod autem attinet ad Chriſti regnum, illud aut ab ipſo Domino aut a miniſtris ejus exercetur, & quod ab ipſo Domino exercetur, cum externum & viſibile non ſit, in externam & viſibilem Principis poteſtatem non impingit. Reſtat Evãgelium quod ab hominibus adminiſtratur. Quid igitur imperatne Evangelium politicę poteſtati? aut numquid ea vtitur tanquam ſubordinata facultate aut inſtrumento aliquo, aut ſubſidio neceſſario ad conſequendum ſuum finem? nihil minus, arma militię noſtræ nõ ſunt carnalia, *Regnum Chriſti non eſt de hoc mundo*, Evangelium αὐταρκες eſt in ſe ſufficiens ad ſuum finem: *Eſt enim* DEI *potentia ad ſalutem cuivis credenti.* Imperat quidem nobis Evãgelium, vt pareamus Principi tanquam Dei ordinationi in noſtrum bonum inſtitutæ, & ſi Princeps Chriſtianus ſit, opem & præſidium ejus implorat, ab illo debitam obedientiam & fidem exigit, in quibus præſtandis ſi remiſſior fuerit, Tum hortari & orare, etiam liberius accuſare & monere non deſiſtit. Numquid amplius? quid

si in flagitium aut scelus aliquod (quod absit) Princeps prolabatur? quid si à fide Christiana defecerit? potest ne in Jus illum vocare? Judicium instituere? causam cognoscere, & spiritualem illam excómunicationis pœnam infligere? Posset id quidem si ministris uteretur Angelis & non hominibus, qui cum Imperio subjecti sint, illis in Judicium pertrahere Magistratum & gubernatorem suum mihi nondum visum est licere, certè non expedire vident omnes qui non amentes aut insani sunt. At cum Ambrosio á sacris arcere aut saltem illi suam operam negare In re divina facienda possunt & debent; Verum vt demus hoc illis licere, ecquid prę̨terquam spiritualis regni Christi privilegia detrahit Principi censura hæc, *sit tibi velut Ethnicus & Publicanus*? an illum exuit imperio? an potestatis jure spoliat? an subditos à debita obedientia & subjectionis nexu liberat? nihil horum sine scelere cogitari potest, nedum proferri aut defendi. Interdictum hoc in omnes eandem vim non obtinet, non æquè omnibus obstricti sumus. Sit tibi pater Ethnicus & Publicanus, Tu quidem filius cum patre in sacris & divinis rebus cómunionem non habebis, debebis tamen patrem revereri, salutare, illi assurgere, illum deducere, illi parere & servire; quod ni facias, indignus ipse meritò censeberis cômunione & consortio sanctorum. CHRISTUS venit non vt legem solveret, sed vt impleret. Quid igitur, inquit Apostolus, num per fidem legem abrogamus? absit, immo legem stabilimus: Evangelium nec naturam destruit, nec politiam. Cum igitur censura hæc sit Evangelica, erit illa quidem usurpanda, sed salvo jure naturali & civili: quamobrem nec filium a patre debita obedientia, nec a servili nexu servos, nec a subjectione subditos liberabit: Itaq; per illam Princeps nullam omnino patietur civilem capitis diminutionem. Ad hunc locum spectant omnes pę̨ne cótroversię̨ De *potestate Principis*, quas prudens omitto, & ad futuram συζήτησιν remitto, & ut dicendi finem faciam, cum non ignorem quam sint hę̨c adversariorum calumniis et invidiæ malevolorum obnoxia, Ad tuum me, REX Serenissime, pręsidium recipio. *Hæc tua si solers mens & divina probabit*
Censuram indocilis spernimus invidiæ.

Ubi Theses explicatæ essent, eas impugnarunt,

PETRUS BRUSIUS, HENRICUS PHILIPPUS, Theologiæ
THEODORUS HAYUS, IOANNES STRANGIUS, Doctores,

Et REX, *cum eo vindice dignus nodus incidebat, ita doctè interfatus est & disertè; ut omnes (qui et plurimi et doctissimi interfuerant) auditores in summam rapuerit admirationem.*

PROBLEMATA PHILOSOPHICA CORAM REGE

In Æde ſacrâ *Andreana* pridie id. jul. diſputáta.

Diſputationi preſidebat *Joannes Wemeſus* Academię procancellarius, juriſq; in foro conſiſtoriano præſes.

Reſpondebat *Robertus Baronius* philos. profeſſor.

ANDREAS BRUSIUS, ANDREAS SYLVIUS,
Oppugnabant DAVID MONROUS, PATRICIUS WEMESUS,
GULIELMUS MARTINUS, Philoſ. profeſſores.

1. An ſolum regimen Monarchicum ſit naturale.
2. An Mulierum & puerorum imperia licita ſint.
3. An homo lumine naturæ ſcire posſit mundum à Deo eſſe creatum.
4. An anima rationalis sit ex traduce.

ORATIUNCULA QVAM ANTE disputationes habuit Præses.

MIremini fortè, & a plurimis murmuratum iri non dubito; quòd respondens iste, & ego, audeamus non mentibus confusi prodire, inque arenam descendere, cum adeo multis, iisq; exercitatissimis athletis in arduâ hâc philosophiæ palestrâ congressuri; in spectatissimo doctorum virorum, immo amplissimo Serenissimi PRINCIPIS Præsulumque ac Procerum Illustrissimorum ei assistentium conspectu; quum noluerit, nec, ut est in Adagio, potuerit & ipse Hercules cum duobus in certamen ire; & justas temeritatis pœnas luerit Icarus, quòd nimiùm sublimia affectarit. Verum tamen nos solatur dispar factorum ratio: Herculi enim cum feris crudelissimis, coram novercâ Junone, coram immanissimâ Barbarie, coram infestissimo Rege Eurysteo; nobis cum mansuetissimis collegis, coram matre Academiâ, coram humanissimis Doctoribus ac studiosis, & coram clementissimo Principe IACOBO Prælules ac Proceres benignissimos habente comites confligẽdum est. Robore corporis Herculi, mentis acumine Nobis contendendum: vitæ aleam Hercules, doctrinæ modò periculum nos subituri: non itaque sine summâ jacturâ Hercules, cum commodo etiam possumus nos superari, quod omnino nobis ignotum nos docentibus, quod obscurè cognitum est illustrantibus victoribus; ita, ut cum tantâ vtilitate victi, nos quodam modo & victuri simus. Quod ad Icarum, â ruinâ sibi non satis caventem, cæratas illius alas torridus, æstivusque liquefecit Sol; temperata hîc sunt nostra luminaria: Neque enim ad supremam lucem illam inaccessam, cujus nos confunderet glorioſa coruscatio, curiosâ inquisitione aditum facere conabimur: Deinde sic statuimus opportere aliquid audere, ut laudis aliquid consequamur; Audendum est (inquit Poëta) timidi nunquam statuêre trophæum Quin & tuæ Majestatis Rex platonice putâ qui philosopharis, tuæ, inquam, Majestatis, quæ tantâ omnium tam Intellectualium sublimitate, quâm Moralium virtutum excellentiâ vsque ad miraculum nobilitatur, exigit extraordinaria hæc in hoc loco παιράσια, ut vel cum periculo nostro experiamur, quâm sit hoc ve-

verum

rum in magnis voluisse sat est. Neque vero animum desponde-
mus, mutuatitiam a fulgentissimo præsentiæ tuæ jubare lucem, cę-
lestemque penè influxum expectantes, quo jvuenilis diffidentiæ &
dubitationis nebula omnis dispellatur; quodque in nobis deside-
rabitur, ne frustranea sit tua expectatio, suppleatur. Nam & jam
audimus bonum quendam Genium nostris separatim votis acci-
nere Homericum illud Τηλέμαχ' ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις, ἄλλα δέ τοι
καὶ Δαίμων ὑποθήσεται. Quare in sacro hoc loco, quem & suspicamur
immunitatem ab invidia præstiturum, de Philosophia respondere
non verebimur. Quod ut melioribus fiat auspiciis, feliciusque pro-
cedat precamur imprimis DEUM omnis veritatis fontem, vt propter CHRISTUM Dominum nostrum per Spiritus sui Sancti gratiam, mentes linguasq; nostras ita dirigat, vt quæ illi suoque hîc vicario Regi accepta sint, verè ac convenienter proferre possimus; ad nominis ipsius gloriam, Regisque ac Regni decus: Deinde & te (Rex omnium Christianissime, veritatis quæ est secundum fidem Defensor, ac Musarum tutor, immo earum future, si interirent, parens) Tuosque hic Reip. Proceres, & Ecclesiæ Præsules ac Doctores clarissimos, rogamus, vt nobis abstrusa explicaturis adesse dignemini æquanimes, facientes audiendo vt vestra benevolentia nostram juvet industriam; Academiæ etiam magnificum Rectorem, senatumque Academicum, & omnes alumnos adjuramus, vt ardentibus apud DEUM votis nobiscum decertent, quò donis ad peragendum dignè hunc actum necessariis famulos nos suos benificè instruat. Tandem, vt vos alloquar, disputatores, celebres Philosophiæ professores; sit quęso rationum collatio moderata, non ad victoriam, sed enucleationem veri intenta, præsente tam erudito sagacique spectatore & arbitro (REGEM dico Serenissimum, supremum omni in causâ judicem) absint omnia malitiæ & ambitionis signa, & usurpetur quietum inquirendi genus, ne videatur non fuisse alius stu diorum nostrorum finis, quàm, vt artificiosâ alii alios supplantatione subverteremus.

Rober

Robertus Baronius qui Theſes propugnavit, ante initum certamen hanc orationem habuit.

MUlti adſunt hodierno die, quibus audaculus & inſolens homuncio videbor; quòd in celebri nobilium virorum coronâ, in publico Philoſophantium conſeſſu, &, quod omnium caput eſt, in conſpectu Ter maximi, Ter doctiſſimi Imperatoris, ego rudis & obſcurus Philoſophus hæc ſpinoſa problemata vltro citroque agitanda ſuſceperim. Quis enim eſt, qui non verebitur audiente illo PRINCIPE, diſſerere, qui ſtatim à teneris vnguiculis cępit antiquorum Doctorum ſententias agitare & perpendere, & quaſi alter Hercules quæcunque occurrebant errorum monſtra nodoſâ ſuæ rationis clavâ ferire? Quis eſt cui non difficile videbitur illius Solis fulgorem perferre, qui non in vno mundi angulo, non in vno hemiſphærio, ſed ſimul apud nos & Antipodas noſtros, ſupremum cœli verticem occupans ſupera inferaque omnia quaſi aureï jubaris ſplendore circumfundit? Profectò illi norunt, qui me norunt, & in quorum gremium hunc animum frequenter effundo, me nunquam voluiſſe ad ſpei tam ancipitis auram antennas ſolvere, niſi omni exceptione major almæ matris Academiæ auctoritas, me multoties et fruſtra reclamantem, in hanc arenam, nullâ meæ ætatulæ ratione habitâ, protruſiſſet. Potuerunt quidem illi quibus hujus Reip. literarię onus incumbit, ex tam frequenti ſtudioſorum cœtu multos deligere, me & annis & eruditione grandiores, quibus hanc periculoſam provinciã demandarent. Verùm quoniam reſpondentis partes magis quadrare videbantur in adoleſcentem aliquem, quàm in Veteranos & palmarios philoſophos: Ideo in ampliſſimo hoc theatro ſociorum meorum plagis, omniumque admirationi expoſuere. Quoniam igitur alea jacta eſt, & in hac palæſtra pedem poſui, vnde revocare non poſſum abſque indelebili infamiæ nota, ad te confugio (REX ſemper Auguſte) te hujus cauſę judicem appello, te meæ tenuitatis vindicem imploro atque obteſtor. Verùm dum in ſinum tuum convolant meæ Muſæ, obſtupeſcunt, hærent, non immeritò dubitantes quos titulos tibi tribuerent, quo nomine, quo elogio compellarent. Si tibi igneum Ariſtotelis ingenium, ſi Tullianæ facundiæ torrentem, ſi pulchras & venerabiles Maronis Muſas tribuero; ſi te

ſi te dixero feliciorem Auguſto, meliorem Trajano, nemo mihi adverſabitur, contradicet nemo, ſuffragante præſertim illa publicâ famâ, quę hæc & alia multò majora de te in vltimis terræ angulis, in montibus, in deſertis prædicavit. Sed tibi ſi felicitatem bellicam, ſi victorias, triumphos, opima ſpolia aſcripſero; tibi, inquam, quẽ nemo vnquam hoſtis auſus eſt aggredi, mirum hoc videbitur genus elogii, ſed iis duntaxat mirum qui tuarum virtutum genium nondum cognoverunt: Tu enim revera ille vnus es miles (de ſacrâ militiâ loquor) cui patria noſtra debet, quòd poſſit Romanorum ducum trophæa vultuoſè deſpicere, cum contemptu nominare illa ſtupenda Italiæ miracula Fabricios, Scipiones, Curios, Camillos

Et ſtantes in curribus Æmilianos.

Quid enim in Romanâ hiſtoriâ magis ſtupendum legitur, quã illud, quod a Cæſare dictum eſt, VENI, VIDI, VICI? at noſter Cæſar multò feliciùs, multò animoſiùs, quum nondum (inquit) vel VENI, vel VIDI, VICI & TRIUMPHAVI. Viciſti profectò (Rex invictiſſime) viciſti illam Belluam Apocalypticam, illam purpuream Thaidem, illos Romanos Pontifices, omni ponto & tempeſtate feriores: viciſti ſed è throno tuo non deſcendẽs, in alienam terram non cõmigrans, in ipſa Britannia contra Capitolinum Jovem, & tremenda ejus tonitrua bellum gerens. oppoſuiſti mœnibus ſceleratæ illius Urbis tuas machinas in Muſarum caſtris fabricatas, ad quarum ejaculationes ipſe Tiberis in ſuos fontes rediit, nutarunt Alpes, trepidavit Eridanus, ingemuit Apenninus. O præclaras, ſed formidandas machinas, quæ poſſunt ex hoc altero orbe in ipſam Italiam, in vrbem Romam, in Cardinalium conclave impetuoſiſſimos globos torquere! O beatum illum Imperatorem, qui antiquorum Cæſarum cladem eſt vltus, qui Romani Imperii ruinam miſeratus repreſſit infandam & pluſquam barbaram illam pontificum crudelitatem! illum nihil revocavit, nihil deterruit.

Non anni domuere decem, non mille Carinæ.

Meritò igitur de te, Sacratiſſime Princeps, gloriabitur tua Scotia, quæ olim metuebat vicinas nationes, metuebat remotas, & in ſeipſa latronum omnia deprędantium barbariem exhorreſcebat; at nunc ita munita eſt tuâ prudentiâ, ut eam alii metuant; ita compta ut invideant; &, quod nuper illi contigit, teneras ſuas ſororculas *Hebridas* & *Orcadas* inſulas jam poteſt in medio mari ſecurè exultantes conſpicere. Meritò etiam te jactabat illa non minus ſpecioſa, quàm ſpacioſa *Anglia*, quæ impatiens illius amoris, quo

tuam

tuam Celsitudinem deperit, quotidie clamitat,

Quis novus hic nostris succesſit ſedibus hoſpes?
Quem ſese ore ferens? quam forti pectore & armis?
Ille meos equidem poſt fata ingentis ELIZÆ,
Mirificè inflexit ſenſus, animumque labantem
Impulit: agnoſco ſolitæ veſtigia flammæ.

Finitis diſputationibus ſic peroravit Præſes.

NUnc ne feris beſtiis, in quibus reſidet ſenſus aliquis gratæ voluntatis, videamur nos deteriores (nam ut aſſerit *Plautus*, Non ſolum improbus eſt homo, qui beneficium ſcit ſumere & neſcit reddere. ſed etiam Impius quia naturam violat) Noſtrum eſt modo noſtrum eſſe queat, (debemus ſi poſſimus) debitas pro benignitate hac tuâ (REX omnium benigniſſime) tibi gratias agere; Neque aliam permittit mercedem aut tua aut noſtra conditio, Illius eminentia reſpueret, hujus tenuitas ſubminiſtrare non poſſet, Immo tibi fortunæ bonis redundanti, ea & ſi nobis eſſent, offerre imprudentiæ eſſet, quod teſte *Iſocrate*, qui Principi aurum argentumve dat, non velle dare ſed mercari videatur. Nos cum Socratis diſcipulo *Æſchine* non habentes unde perſolvamus, gratiam habentes, noſmet ipſos dando, cumulatiore quam arca poſſet capere, menſurâ reddituri ſumus; Et non relatæ tibi gratiæ (REX optime) nulla eſſet excuſatio, quandoquidem, vt dicit *Heſiodus*, Sicut ſuperi omnia mortalibus largientes bona, parvo tamen contenti ſunt Thure: Sic maxima Principum beneficia vel minimâ grati animi ſignificatione rependunt Subditi, adeo faciles ſunt vt plurimum Principes, vtpote qui Dii humanis in corporibus hoſpites: Quare fidiſſima tuæ Majeſtati, Filia Academia (quam & eo nomine dignati ſunt Reges anteceſſores) quantas corde concipere poteſt, ore profundit grates, augente quam hactenus habuit ſpem fronte iſtâ ſerenâ, quâ diſputationes haſce honoravit Auguſtiſſima tua Majeſtas, quod conſtantem te ſemper habituræ ſint Muſæ tutorem & benefactorem. Atque vt ſacræ tuæ innoteſcat Majeſtati, quam officiolam idcirco

cicro ipſa habeat, inque aliis fovere ſanctè promittat de te opinionem (gratiarum namque actionis eſt comes non inconveniens, eorum quæ de eo cui aguntur ſentit agens, humilis & ſincera declaratio) ſic tuam alloqui Majeſtatem geſtit. Imperator omnium maxime, puta qui tibi imperas, ingens enim non eſt imperium, quod vel Africæ vel Aſiæ, vel Europæ finibus terminatur, ſed quod vſq; eo protenditur, quò Sol ipſe poteſt ſuo lumine peragrare: hoc autē poſſidet imperium is ſolus, qui nunquam in aliâ fortunâ eſt alius, ſed ſemper idem: cujuſmodi es tu, cujus aucta feliciter dominatio nativæ tuæ gentis non diminuit recordationem: neq; mirum eſt ſic affici eum qui ſeipſum noſcens ſui nunquam oblivione capitur. Tuam agnoſco tibi divinitus datam eſſe poteſtatem ſummam, non tam quia naturæ conſentiens eſt vnius imperium, tam longâ ab Anteceſſoribus ſerie propagatum, alacrique ſemper ſubditorum applauſu probatum, quàm quia DEI ſolius authoritate ſit Princeps; non valente populo, qui ſummam in ſeipſum non habet poteſtatem (neque enim in ſe eam habet quiſquam) ſummam alii cuipiam poteſtatem conferre: vt licet plures forſan modi ſint, vnus tamen ſit Imperii poſſedendi titulus, DEI donatio. Jdeoq; cum ſis Tu, non hominum, ſed DEI vicarius, DEI non hominum Imperio ac judicio te eſſe obnoxium profiteor. Eandem agnoſco poteſtatem eſſe vniverſalem; vt ſcilicet, quemadmodum et à Cardinale *Aldobrandino* dictum eſt, non bonum corporis, vt Medicus, non animi, vt Theologus, non fortunæ, vt Juriſperitus, ſed hæc ſolus tu Princeps vniverſa curare debeas, ſupremus cum Civilium tum Eccleſiaſticorum negotiorum Rector, in moralibus quidem & Ceremonialibus myſticis cultuive divino eſſentialibus non niſi judex, DEO ſolo de iis Leges ferente definitivas, quarum vindex & cuſtos ſit Princeps. Jn ceremonialibus autem tacticis quæ accidentales ſint cultus divini circumſtantiæ, omnibuſq; judicialibus tam ad Eccleſiæ quam Reipubl. regimen ſpectantibus etiam Legiſlator, quòd vt adiaphora ex ſe, ſed quæ exercitio apta fieri poſſint ad bonum morale media liberæ Principis authoritati relicta ſint, vt proinde ne Clerus, in Eccleſiaſticis ferendis legibus vt tibi conſulat aſcitus, à tuâ ſecundum eas inſpectione atq; animadverſione ſit immunis. Sed hęc clarius elucidantur in eo libro quem de Regio tàm in Eccleſiaſticis quàm civilibus Primatu conſcripſit procancellarius meus. Quâ itidem exercenda ſit ea poteſtas, agnoſco tibi donatam a DEO potentiam, virtutum regiarum inſtructiſſimam ſupellectilem, vnde Relligionem ità ſollici-

tè curas, vt non ſolum te odio habeant verę Relligionis hoſtes, ſed iis etiam terrori ſis, Juſtitiam ità æquabiliter colis, ut te diligenter obſervantes, nihil aliud eſſe Regem perſpiciant, quam animatam loquentemq; juſtitiam, & ad virtutes eas Reip. cujuſque columnas rectè moderandas, tantâ fidei juriſque, imo doctrinæ omnis cognitione prędituſ es, ut Regum omnium quicunque a Solomonis fuerunt tempore ſapientiſſimus, prudentiſſimus & doctiſſimus dici abſque invidiâ poſſis. Quàm felix ergo *Britannia*, tibi quæ paret, in quo concurrunt Divinitus data Regiæ poteſtatis authoritas, ſeu jus, illius debitè exercendę facultas ſeu habitus, & ejuſdem debita operatio ſeu uſus, quemque tam raris inſignivit aliis dotibus Regum REX, ut eas ſigillatim omnes pro merito celebrare nullius niſi Regia tui-ipſius eloquentia potis ſit. Te precamur, Omnipotens DEUS, ut nobis & regno huic, imo vnitæ ex Regnis antiquiſſimis Monarchię diuturnum velis eſſe tantum in habendo tali Rege beneficium, nec patiaris ut ingratitudine noſtrâ mereamur illo abs te privari, ſed facias, ut noſtram propter illud felicitatem memori ſemper mente recolentes, æternas ſanctiſſimo tuo Nomini laudes dicamus, & illi ſupremo tuo miniſtro proximè & ſecundum te ſincero cum affectu obediamus, Regiæ illius ſoboli, quando tibi viſum fuerit, (quod ſero fiat) eum ad cœlos evocare, idem præſtituri: Et a te (potentiſſime Princeps) ſupplices petimus, ut conſtanti nos favore & gratiâ huic ſimili proſequaris, cui idcirco, ampliſſimiſque te huc comitantibus Eccleſię ac Reip. primoribus plurimum nos debere profitemur, & quam ſtatus noſter Scolaſticus dare, Tuuſque Regius accipere poterit, relaturos ſemper nos gratiam pollicemur.

HIS MAJESTIE BEING RETVRNED TO STERLING THE XVIII OF JVLY

On the morow deigned with his preſence ſome Philoſophik diſputationes, which were ordered according to the ſubſequent narration.

QUam REX *Edinburgi* præſtituit diem *Academiæ Edinburgenæ* Theſibus quibusdam philoſophicis agitandis diſtulit in xix *Julij*; eo quippe die *Sterlini* dixit, ſe futurum cum magnâ Nobilitatis vtriuſque Regni, & doctorum virorum frequentiâ. Ad dictum igitur diem Theſes diſputarioni propoſitæ ſic inſcriptæ erant, & deſcripræ.

THESES PHILOSOPHICAE.

Quas ad devotiſſimum obſequium teſtandum
IACOBO Magnæ BRITANNIÆ, FRAN. & HIB.
invictiſſimo, potentiſſimoque Monarchæ, eidemque
omnium totius orbis REGUM Philoſopho excellent^mo proponunt Phil. profeſſores in
ACADEMIA EDINBURGENA coràm diſputandas a. d. xix *Julii*
STERLINI.

I

QUOT *ſunt relata, tot ſunt correlata.*
Quot ſunt filii, tot ſunt patres.

II. *Veritas propoſitionis eſt adæquatio & conformitas vocis ſignificantis cum re ſignificatâ.*
1. Vna propoſitio non eſt verior alterâ.
2. Principia demonſtrationis non ſunt veriora concluſione.

III. *Spontaneum eſt, cujus principium eſt in agente ſingulas actionum circumſtantias cognoſcente.*
1. Quæ fiunt ex irâ, fiunt ſponte.
2. Qui ex irâ quidquam mali perpetrat, non facit invitus; nec lege abſolvendus eſt.

4 *Pri-*

IIII. *Primus Motor ſimpliciter immobilis eſt & immutabilis: cæteri Motores à Primo pendent, & reguntur omnes.*

1. Licet ſupremus Magiſtratus omnino immobilis & immutabilis ſit; expedit tamen, vt inferiores Magiſtratus aut ad tempus duntaxat definitum præſint, aut prudentiæ formatoris & ſervatoris Reipubl. relinquantur.
2. Inferiores igitur Magiſtratus non debent eſſe hęreditarii.

V. *Omne movens Phyſicum, dum movet, movetur.*

1. Cùm paries maneat immotus, pilam reflexam non dicemus à pariete, ſed à projiciente reflecti.
2. Impulſus factus in aëre manet vſq; ad finem reflexionis.
3. Inter motum directum & reflexum non mediat quies, ſed primum *non eſſe* motus directi, eſt vltimum *non eſſe* motus reflexi.
4. Uterque igitur eſt vnus numero motus, & continuus.
5. Si pila ſurſum projecta, â fornice reflectatur, in eodem numero motu erit & aſcenſus, & deſcenſus.
6. Aſcenſus & deſcenſus non ſemper ſunt motus contrarii.

VI. *Nullum mobile vtitur eodem puncto, vt principio & fine actu, ita vt ad id accedat, & ab eodem recedat, niſi in eo requieſcat.*

Lapis etiam maximæ molis vi ſurſum delatus, priuſquã terram verſus regredi incipiat, in aëre quieſcit.

VII. *Decuplum aut majorem oportet eſſe aërem ex quo portio aquæ conficitur.*

1. Spatium ſubterraneum non reperitur, in quo tantus contineatur vapor, qui fluminibus & lacubus gignendis ſufficiat.
2. Etſi non careat probabilitate minores quoſdam fontes & amnes in quibuſdam terræ partibus ex vapore naſci; abſolutè tamen aſſerendum eſt ampliſſima flumina & fontes à ſubterraneis aquis ê mari oriundis provenire.

VIII. *Omne quod videtur eſt lux, vel color.*

1. Species objecti non videtur.
2. In ſpeculo non videtur imago objecti, ſed ipſũ objectum.
3. Sol igitur pari ratione infra Horizontem exiſtens à nobis interdum videri poteſt.

IX. *Duo aut plura illuminantia majorem Sphæram activitatis illuminant, quàm ſingula ſeorſim.*

Si duæ, imò mille lucernæ accendantur, vnum tantùm numero lumen in aëre intermedio producunt.

X. *Omnia corpora gravia ex quocunq; loco in terram et aquam demissa similes semper et æquales angulos faciunt in vtriusque superficie.*

1. Necesse est ad centrum magnitudinis, quod idem est gravitatis, ferantur.
2. Terra igitur & aqua sunt concentricæ, vnumque globum constituunt.

XI. *Veritas rei est ejus conformitas cum suo Archetypo ceu primâ mensurâ.*

Ergo veritas rerum erit conformitas ipsarum cum intellectu divino, seu cum suis rationibus formalibus in mente divinâ.

XII. Εκαστον ὡς ἔχει τὸ εἶναι, ἕυτω καὶ τῆς ἀληθείας. Met. lib. 2. cap. 1. *Vt vnumquodque est, ita est & verum.*

Rerum aliæ aliis sunt veriores.

☞ Disputatæ sunt in Capellâ Regiâ ab horâ quintâ vespertinâ in octavam sine REGIS fastidio.

Præsidebat IOANNES ADAMSONUS.

Respondebat IACOBUS FAIRLÆUS.

Opponebant PATRICIUS SANDÆUS, ANDREAS JUNIUS, JACOBUS REIDUS, & GULIELMUS REGIUS. Philos. prof.

Ante initum certamen ità *Præses* est præfatus.

Ἀπὸ θεῶν χρὴ πάντα ἀρχόμενον ἀεὶ λέγειν τε, καὶ νεῖν. *Divinum sanè divini* Platonis *oraculum! quo suadet, omnibus in rebus, & dicendis, & cogitandis, à Diis primordia capienda.* Si tam pia rerum exordia requirit Ethnicus, solius naturæ ductu; quid nobis faciendum est θεοδιδάκτοις? nonne etiam in vestibulo congressus hujus philosophici, ab vno illo Vero DEO precibus contendendum, vt vertat hæc diatribe in gloriam Christi, in oblectamentum REGIS, & emolumentum *Academiæ Edinburgenæ*? Quod faxis, quæsumus, Opt. Max. DEVS, per Jesum Christum, Dominum nostrum. *Amen.*

Musis

MUsis REGEM ſuum, unicum *Apollinis* ſui delicium quotidiè demulcentibus, an Philoſophiam præclarè officio defunctam arbitrabimur, quòd eundem Regem, φιλοσοφωτατον, ad ſuos reverſum, ſemel ſalutarit? abſit, abſit, inquam, ut fœcundiſſima illa officiorum omnium mater philoſophia, ipſa tam ſegnis ſit ad officium? quinimo ad pedes Auguſtiſſimæ Majeſtatis tuæ officioſiſſimè advoluta, omni officio jugiter præſtando promptam ſe ſiſtit & paratam. Ideoque nos alumnos ſuos tuo juſſu ex *Academiâ Edinburgenâ* huc accitos, in clariſſimam Majeſtatis tuæ præſentiam pertraxit, ut qui priùs Numini tuo, ipſo Apolline vatibus præſentiori, carminibus ſacrificavimus, nunc eidem μειζῳ σοφιας ἀυχήματι diſquiſitionibus philoſophicis litemus.

His me Antiſtitem ſacris præeſſe voluit mater Academia, cujus apud me permagna ſemper erat, & eſſe debet authoritas. Iis igitur (præfatâ Dei, & Regis bonâ veniâ) præſidebo; ſed ità, ut queſtiones omnes decidendi penes unicum Regem reſideat arbitrium. In ejus vnius ſententiâ acquieſcemus omnes. Neutiquâm nobis provocatio erit ab illo judice, cujus eſt & ſumma poteſtas, et perſpicaciſſimum ingenium, & rectiſſimum judicium. Talem alii exoptent; nos eo præſente felices paſcimus oculos, & gloriamur judice, qui adinſtar lineæ rectæ in rectam ad perpendiculum incidentis angulos faciat utrinque rectos: nam in alterutram partem inclinans judicis ſententia angulum efficiet hinc minorem, inde maiorem recto.

Vos autem, juvenes, qui in hâc ingeniorum palæſtrâ concertaturi eſtis coram Rege, iudice, agonothetâ, brabeutâ, fortibus eſtote & animis, & armis; fortiter quiſque pro veritate contendite; & utcunque quis veſtrûm opinionem ratione mutans de ſententiâ moveatur, ſi modò veritas obtineat, & illibata maneat, in lucro deputate. Vos, qui eſtis in procinctu in adverſâ acie, nudate enſes; haſtas non puras, ſed præpilatas, &, ſi viſum eſt, amentatas totis lacertorum viribus vibrate: Nec enim vobis res eſt cũ tyrunculo, ſed cum veterano milite, cui ità cutis occalluit, ut leves ictus non admittat. Sed quis primus pugnam laceſſet? Tu qui ab Arenis nomen habes, *Patrici Sandæe*, primus in Arenam deſcendito.

Patricius Sandæus diſceptaturus hac præfatione uſus eſt.

QVod

QVòd ab Arenis nomen habeam, dignissime Prę-ses, ideòne me primum in Arenam hanc vocas? lepidè quidem, & argutè id â te dictum non inficior: mihi tamen hoc quicquid est nominis argumento potius esse debet, quò minùs in Arenam tam nobilem me temere protrudam. Quid enim in philosophicis operæ precii præstare poterunt, coram Rege omnium φιλοσοφωτάτῳ, *Steriles, mihi nomen, Arenæ*? conaborne ego soli lumen, aut cœlo sidera inferre? Tamen, quia Sacratissimæ Regis Augustissimæ Maiestati visum est, amplissimo pręsentiæ suæ splendore gymnasin hanc, quam molimur, illustrare, & tam benignam tersissimarum aurium copiam nobis facere, impositam subterfugere provinciam religio est: iacta alea est; periculum faciendum, etiam cum nominis periculo. Tu tantùm, REX Aug^me^,

cæptis--Aspirato meis.---Ingenium vultu stato caditq; tuo.

Quoniam verò Respondens, ut præ se fert inscriptio, Theses aliquot Philosophicas proponit exagitandas; philosophia autem notitiam veri & boni sibi propositam habet; ideò duas selegi theses, quas impręsentiarum ventilem; unam de vero, alteram de bono: de vero, quâ quæretur utrum propositio una sit verior alterâ; de bono, sed civili, quâ de Magistratibus inferioribus, an debeant esse hereditarii. Sed an hominem privatum, & impolitum coram Rege omnium πολιτικωτάτῳ de magistratuum in politiâ iure disceptare? delirumne phormionem, qui pugnæ nunquàm interfuit, coram *Hannibale* de ordinando exercitu differere? Dabit, non dubito, Rex clementissimus veniam disceptatoris non iudicis partes suscipienti. Submissa inquisitio penes alios; ἀναντιῤῥητον iudicium penes Regem esto. Nec æquus quispiam rerum ęstimator disquisitiones politicas ad lineam & limam censebit revocandas: hæc enim mathematicæ sunt ἀκριβειας quam res civiles non admittunt: quum ut inquit noster Aristoteles, lege potiús, quàm naturâ constare videantur: ego κατὰ τὸν τῆς πολιτικῆς φυσιν in iis versari conabor, argumentis tamen, non tam à lege, quam à naturâ petitis; ut enim apud Iurisconsultos est ratio non tantùm civilis, sed etiam naturalis; ita & apud philosophos δικαιον aliud ἐκ νομικον aliud φυσικον. Et quamvis Rationes de actionibus eæ, quæ in genere universo versantur, inaniores sint; quæ in particularibus veriores; REGIS tamen optimi & æquissimi ἐπιτιθεια ἐπανορθώσει τῶς καθόλυ λογους ἢ ἐλλείψεσι.

Summam manum disputationi suæ his verbis Sandæus *imposuit.*

Hæc habui, quæ de *Vero*, & *Bono*, pro temporis angustiâ, et eorum

rum naturâ diſſererem; in quibus, ſi quid operæ precii; ſi ſacratiſſimis Auguſtⁿⁱ Regis auribus aliquâ ſaltem ex parte ſatisfeciſſe me intellexero, mihi in ęternum gaudebo. Quid enim? ſi, ut ait ille, *Principibus placuiſſe viris non vltima laus ſit*, quid tanto, ac tali Principi?

Cujus in Sceptro Themis, in labellis
Suada, ſub fibris Sophiæ medulla,
Cujus in vultu Charis, in receſſu
Entheus ardor.

Andreas Junius in palæſtram prodire juſſus, ſic præfatus eſt.

Iſceptaturus de *motu* & *quiete* in bivio eſt animus utrum ante initam diſceptationem moveri debeam, an quieſcere; eloqui, an ſilere: quieſcere & ſilere ſuadent timor, pudor, conſcientia infantiæ; moveri et eloqui officium. Et quidni omnia poſtponenda ſunt officio in Patrem Patriæ, & matrem Academiam? et quem officium urget ad loquendum, nonne ei ſilentium diſplicere neceſſe eſt? certum eſt ergo loqui, non ſilere. Sed dum me loquuturũ polliceor, nemo arbitretur mihi in animo eſſe Mileſiâ illâ, delinificâ, & ad aures compoſitâ oratione audientiam captare. Loquentiam ſpondeo, non eloquentiam: Loquentiam dico, non loquacitatem: malo enim in me eloquentiã deſiderari, quâm loquacitatem reprehendi. Loquentiam, inquam, ſpondeo Dialecticorum, pugno contractam & conciſam illam; nõ Declamatorum, explicatam & perpetuam: nam, quod muneris noſtri eſt, diſputationes dialecticæ, non oratoriæ declamationes à nobis expectantur, expetuntur. At, ut ineptientis eſt, inquies, *Alcinoo* poma offerre, & *Cræſum* teruncio ditare velle, ſic hominis parùm conſulti videtur philoſophicis velitationibus REGEM oblectare velle totius philoſophiæ conſultiſſimum, in quem & Natura & Sophia omnes ſuas vires certatim effuderunt. Sed qui meminerit etiam ſummo *Jovi*, quem penes ſunt omnia, modico farre vel molâ ſalſâ litari, mihi æquior futuruseſt; & cui perſpecta eſt REGIS optimi benignitas, apud quẽ obedientia ſacrificio præponderat, videbit hîc nihil præter decorum preſtari, & officium. Diſputo igitur, & adverſus ſextam Theſin, quæ eſt de *Motu*, diſputo. Et quamvis Philoſophi uno ore omnes profiteantur, Omne quod movetur ſuper immobili moveri, argumenta mea omnia ſuper *motu* movebuntur.

Jacobus Reidus in certamen vocatus, his verbis eſt præfatus.

QUem oculum lucidiſſimus ille mundi oculus irradiando non perſtringeret? Quam lucem *Phœbei* in ipſâ meridie radii non obfuſcarent? dum ſplendorem ſacratiſſimæ M. T. intuemur, ecce tam reſplendens, tamque divina Lux, & vultus, & animi tui ſubitò nos circumfulget; ut mirum non ſit, ſi nos in tenebris, aut certè in opaco, & ſub umbrâ priùs ſemper deliteſcentes, tantâ nunc circumfuſâ luce, ſtatim ante velitationem turbati & attoniti concidamus. Inſolitus hic ſplendor M. T. quæ in tam illuſtri Nobilium corona tanquam Sol inter ſidera radiat & irradiat, lucet ac illuminat, oculos Philoſophorum facilè præſtringit: mentes tamen percellit magis jubar illud, & vis verè enthea mentis tuæ, quâ in omnium rerum tam divinarum, quàm humanarum ſcientia ita præcellis, ut in Regiâ Majeſtate ipſa etiam Philoſophia meritiſſimè primas obtineat. Quî igitur tantam lucem, Solis etiam multò illuſtriorem, tenuis hæc noſtra ferre poteſt? nam qui directo obtuitu Solem adſpicere non ſuſtineret, oculos avertere poſſet, aut umbram quærere: ſed lucem Matis tuæ, quæ in mentes vſq; penetrat, nec averſio oculorum, nec ullius corporis umbra divertet. Actum igitur hîc nobiſcum eſſet, niſi ab hoc metu Regis noſtri, in quo omnia regiè inſunt, liberaret humanitas, per quam, velut ſpeculum bonitatis ſuæ, omnia noſtra intuetur: ut ſplendidiſſimus nunc Majeſtatis fulgor non ampliús torreat, ſed foveat; non terreat ſed animet. Et certè vereor, ne apud poſteros tantæ humanitatis fides laboret, quę tot ſuprà infraq; ſeculis æmulum, & hęredem non invenit, non inveniet. Hic itaq; jam triumphus eſt noſter, hæc gloria noſtra, quòd optimus ac illuſtriſſimus Princeps piæ ſuorum temeritati annuere non dedignatus eſt: nobis hæc Laurus omnibus trophæis, traheis, virgis, corollis potior

Queſtio celeberrima de fontium & fluviorum fonte ac ſcaturigine Theſi VII determinatur. In illam autem ſcaturiginem & fontem noſtrę diſputationis rivuli primùm ſeſe recipient.

Guliclmus Regius deſcendere iuſſus in arenam, hâc uſus eſt præfatione.

NEminem ſpero mihi ſpontè iratum fore, ſi de *ſpontaneo* & *Ira* diſceptavero. Vix ſpontè hanc provinciam ſuſcepi: quippe conſcius infirmitatis meæ. Sed Regio mihi, & Academico obſequendum eſt REGI, & Academiæ. REGIS ego iram deprecor juxtà & Academiæ, ſi nec Regis, nec Academiæ expectationi ſatisfecero. Quid iram deprecor regiam? imò Sacratiſſimæ tuæ Majeſtatis ſingularis in bonarum literarum cultores humanitas confidentiam mihi imperat, favorem pollicetur. Dabo itaque operam, Auguſtiſſime MONARCHA, ne vel in longum protrahatur diſceptatio, vel, quod minùs ad argumentum faciat, afferatur. Obnixè rogans Majeſtatem tuam, qui hominum merita non tam ex opere penſitas, quàm ex animo, ut quod à me hîc præſtabitur, æqui bonique conſulas: et quemadmodum, quicquid id futurum eſt, ab animo in omne officium propenſo proficiſcitur; ſic obviis benevolentiæ vlnis amplecti velis.

☞ In omnibus ferè diſputationibus REX eſt interfatus ubi quis nodus incidebat perplexus & planè Herculeus, quem tamen REX non diſſecabat, ut *Alexander* Gordium illum nodum, ſed explicabat & enodabat aptiſſimè. Ita verò diſſerebat, ut eorum, qui ætatem in literis conſumſerunt, vix cuiquam cedere videretur, vel acumine in inveniendo, vel prudentiâ in judicando, vel in explicando quæ ſentiret copiâ, facilitate, gratiâ.

Finitis disputationibus his verbis *Præses* peroravit.

DUm alii aleis, aut pictis chartulis confligunt, aliisue ejusdem farinæ ludicris oblectamentis, non tempus, vt venditant, sed seipsos fallunt; visum est REGI sapientissimo ingeniorum huic conflictui interesse; ut à gravissimis tergeminorum curis Regnorum, quibus nunquam non intendit, animum remitteret. O Regem, rarum & salutare subditis exemplar, non agendi modò, sed & otiandi; cui nulla ne cessatio quidem placet, nisi quæ, vel ad animi, vel ad corporis vires conducat reparandas! Et habet nunc philosophia unde glorietur: nec enim, ut antè solita est, jactitabit ampliùs *Tiberium* & *Claudium Cæsares* circa scholas & auditoria philosophantium assiduos fuisse; nec *Magnum* illum *Pompeium*, è bello *Mithridatico* ut victor *Romam* veniret, fasces illos laureatos privatis philosophantium januis submisisse; nec majorem Pompeio, *Magnum* illum *Alexandrum* acroamaticis scientiis, quàm Sceptro præcellere maluisse: sed gloriabitur imposterum philosophia, & *Cæsaribus* illis, et *Magnis* istis multis nominibus majorem *Magnum Magnæ* BRITANNIÆ MONARCHAM, non solùm congressus philosophicos clarissimâ Majestatis suæ præsentiâ multoties ornâsse, sed etiam cum ipsis professoribus congressum se philosophorum coryphæum demonstrâsse. O justam philosophiæ superbiam! O dignam Rege gloriam! incertum enim plusne Rex philosophiam, an Philosophia Regem decorârit. Sed ad laudem professionis philosophicæ hęc à me dicta sũt. Nam Regi per totum terrarum orbem virtutum omnium radiis longè latèq; splendescenti præconiis nil opus est nostris. Quapropter, ne sacratissimas Majestatis aures longiore orationis protelo videar fatigare, ad veniam petendam, & gratias agendas me converto. Veniam petimus, Augustissime REX, si quid hîc á nobis delictum sit, aut si non fecimus satis expectationi tuæ. Nos sanè agnoscimus, et profitemur ingenuè, nihil ânobis hoc tempore profectum esse, quod vel dignum sit auribus tuis, vel par sit votis nostris; auribus politissimis, votis ardentissimis. Sicut enim qui è tenebris ad solé subitò educuntur, iis oculi præstringuntur; sic juvenibus evenit ex vmbraculis scholasticis in tam splendidæ Maiestatis lucem prodeuntibus, caligat mentis acies, & animi percelluntur: nec enim habemus aquilarum oculos, ut queamus ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἡλίῳ, & adversis oculis intueri solem tam splendidæ Maiestatis.

Gratias

Gratias autem agimus, & noſtro nomine, quibus audiendis tam patientem aurem accõmodaſti, & nomine *Academiæ Edinburgenæ*, quàm tam clarâ iſtâ luce æternùm illuſtraſti: & precibus á Regum illo REGE ſupplices contendimus, ut Imperium hoc tuũ perpetuum ſit tibi, & ſtirpi tuæ, ad DEI gloriam, veſtrum honorem, & publicam populi ſalutem.

☞ Poſt diſputationes REX dum ſuo more cœnam produceret multivariis, lepidis, ac doctis illis quidem de re literaria & vniverſa Philoſophia ſermonibus, inter alia quid animi haberet ſuper diſputationis negotio explicavit, & non illepidè luſit in ſingulorum actorum nominibus. Ipſa autem Regis verba, ut fideliter a quodam adſtantium rythmo vulgari comprehenſa ſunt, hìc inſerere viſum eſt.

As *Adam* was the firſt of men, whence all beginning tak:
So *Adamſon* was preſident, and firſt man in this Act.
The Theſes *Fair-lie* did defend, which thogh they lies contein;
Yet were *fair lies*, & he the ſame right *fairlie* did maintein.
The feild firſt entred Maſter *Sands*, and there he made me ſee
That not all *Sands* are barren *Sands*; but that ſome *fertile* bee:
Then Maſter *Young* moſt ſubtilie the Theſes did impugne,
And kythed old in *Ariſtotle*, althogh his name bee *Young*.
To him ſucceded Maſter *Reid*, who, thogh *reid* be his name,
Neids neither for his diſput bluſh, nor of his ſpeach think ſhame
Laſt entred Maſter *King* the Liſts, and diſpute like a *King*,
How Reaſon reigning as a *Queene* ſhuld anger vnder-bring.
To their deſerved praiſe haue I, thus playd vpon their names:
And wiſs their Colledge hence be cal'd the Colledg of KING IAMES.

Hos verſus varii latinos fecerunt, ex quibus tres ſequentes verſiones non inelegantes placuit adſcribere.

Primus ADAM *pater eſt hominum: certamine in iſto*
Primus Adamſonus *munera Præſes obit.*
Inde καλοψευδὴς *tenuit problemata* καλῶς,
Vt ſpecie ψευδῆ, *re tamen apſe* καλα.
Primus Arenam *intrans ſteriles cui nomen* Arenæ
Quod ſterilis non ſit omnis Arena *probat.*
Junius *inde Theſes doctè & ſubtiliter urgens,*
Arte in Ariſtotelis *ſe docet eſſe* Senem.
Succedens Rubeus *ſic dicit, diſputat, inſtat,*
Illius immeritò ut purpuret ora rubor.
Regius *extremum claudens* regaliter *actum*
Differit ut præceps debeat ira regi.

Luſi ego; gymnaſtaſq́, ſuo dignatus honore,
Gymnaſium tituli *dignor honore* Mei.

D. PATR. HUMIUS Atonius, eques.

ALITER.

PRimus Adam *pater eſt, humanæ & gentis origo:*
Ductor Adamſonus *præit in certamine primus.*
Ψευδεα Ψευδοκαλος *fulſit zetemata* καλῶς:
Dumque καλως *fulſit,* τὰ μὴ καλὰ καλὰ πίφαντα̃ι.
Ingenii fœcunda boni dum germina promit,
Primus Arenæus *fœcundas ſuadet* Arenas.
Junius *inſequitur*, juvenis *cognomine: ſed ſe*
Eſſe ſenem *magni* Stagiritæ *oſtendit in arte.*
Quod ſi vel Rubei *ſpectentur verba, vel artes,*
Non opus eſt pavido ſuffundat ut ora rubore.
Regius *hinc validis urget* regaliter *armis*
Vt Regina *feram ratio ſibi mancipet iram.*
Ludo, ſed ut laudem; jubeoque Academia *tales*
Nacta viros cluat hinc IACOBI *nomine* REGIS.

G. B.

ALITER.

ADAM *primus erat generis mortalibus author:*
Primus in hac Sophiæ cluis, Adamſone, *palæſtrâ.*
Lemmata Falſi-decor *tutatus cuncta* decorè,
Lemmata, falſa *licet, monſtravit cuncta* decora.
Primus Arenęus *mediâ ſe ſiſtit* Arenâ;
Fœcundaſque *dari docuit me primus* Arenas.
Proximus inſequitur Juvenalis *nomine, at illum*
Abdita Ariſtotelis Veteranum *dogmata monſtrant.*
Inde Ruber; *mentis ſi ſpectes dona, vel oris,*
Non eſt quòd tingat rubor *illi decolor ora.*
Vltimus urgebat Regis *cui à nomine nomen,*
Vt Regat *infrænem ratio* regaliter *iram.*
Quid vetat vt ludens laudem; jubeamque Lycæum
Sortiri æternum noſtro de nomine nomen?

N. Uduardus.

‡ Ex REGIS Elogio hos, qui sequuntur, versus scribendi ansam arripuit *Patricius Sandaus.*

ARENÆ FERTILES.

QVod mihi fœcundas *indulges nomen* Arenas,
Dum micat ingenii parva favilla mei; (ceps,
Quas tibi persolvam grates, dîs proxime Prin-
In me qui laudas quod bonus ipse creas?
Si quid enim fluxæ possunt, mihi nomen, Arenæ;
Si tibi quid gratæ fertilitatis *habent;*
Muneris omne tui est: à *sacri lumine vultus*
Mens calet, & Numen sentit adesse tuum.
Hoc perculsa uno est; unâ hâc stupet anxia curâ,
Luce quod est Phœbi *mox viduanda sui.*

Te viduata, eheu, quâ se solabitur arte?
Quis laudem indultæ fertilitatis *alet?*
Spes super una illi est, sacro ut, REX *optime*, vultu,
Sentiat & verbo numen inesse tuo.
Fœcundam dicis; fœcundam redde: studebit
Grata memor Domino germina ferre suo.

Non sint tincta mihi, te judice, pectora nullis
Artibus: *hæc genii est gratia larga tui*:
At malè *cum* gratâ *longum est luctamen* arenâ;
Diffluo, & ingenio non fruor ipse meo.
Et quid arena *ferat si diffluat?* adjice calcem,
Fortè struam famæ fana superba tuæ.

Jupiter *est* Ammon *nec dedignatus* Arenas
Nomen, Arenosis *nec sacra facta locis.*
Seque Ammone *satum voluit* Pelleus *alumnus*:
Dictus ab Ammone *est nobilis ille Sophos.*
Nomina conveniunt: *si non ut* Jupiter Ammon,
Non ut Alexander, *sim velut ille* Sophos.

Dicitur auriferas *Pactolus volvere* arenas;
Has Tagus, *has* Ganges, *has tua* Glotta *vomit.*

Sida-

Si dabis auriferas *ut cenſear inter* arenas,
Sicque fruar tituli fertilitate novi;
Delphica vaniloqui ridebo oracula Phœbi.
Oraclum eſt verbum, Phœbe Britanne, *tuum.*

Oſtentent phaleras alii; mihi carmina pugno
Clauſa placent; pugno hâc, REX, *ratione brevi.*
Prima *prius cecini; cecinique hæc ultima*: primus
REX mihi Mœcenas, ſi placet, eſſe potes.
Jam placeo, atque potes: placeant fœcunda *neceſſe eſt.*
Concludat genii gratia larga tui.

AD ACADEMIAM EDINBVRGENAM DE DIE & NOMINE, *quibus à* REGE *illuſtrata eſt.*

PRima *tribus Regis fulgens lux aurea natis*
Menſis ab undecimâ bis ea quarta fuit.
Hâc Rex ipſe pater dias in lumina oras
Prodiit. Heroas tot dedit una dies!
Quattuor una dies menſis, ſecli unius omnes,
Stirpis & unius protulit una dies!
Hâc quoque jam patriæ *ſtiteras te,* Academia, *patri;*
Regia & eſt laudis conſcia facta tuæ;
Dum Regalis apex, ſubmiſſis faſcibus, altùm
Extulit eloquio teque, tuoſque ſuo.
Quò te fata vocant? quò certas tendere? Regis
An quoque tu natis, annumeranda venis?
Ambitioſa nimis molimina tanta videri
Jure queant, Regis ni velit almus amor.
Sed prævenit amor: Rex charam charus adoptans
In Natam *nomen juſſit habere ſuum.*
Te tanto *dignam ſtudeas præſtare* parente;
Vtque decet nomen *te officioſa geras;*
Vt Regale *ornat te, vates ſpondeo,* nomen;
Nomini & ornanti conſona quæque feres;
Regis & ut menſem tuus excipit ordine menſis,
Regali à ſorte & ſors *tibi* læta *fluet.*

PRO REGIIS PROFESSORIBUS AD REGEM.

QVicquid homo ſtatuat, ſtatuunt quod Numina fiet:
Teſtis Edineæ gymnaſis iſta ſchola.
Dicta dies alia eſt; vetuere at numina; natæ
Regis Regalem conſtituere diem.
Dictus & eſt locus alter; & hîc conſtantia, natæ
Regis Regalem conſtituere locum.
Nomine dumque alio gaudes, Academia, Rex te
Nominis illuſtrem fecit honore ſui.
REGIA te exornant, nomen, tempuſque, locuſq;;
An deſit cathedris Regia lingua tuis?
Doctorumque hominum vox profeſſoria, dono
Regali in ſeros continuanda dies?
Æterno primi cum fundatoris honore
Qui ſeclo accendens lumina clara ſuo,
In ſeros curans quoque tranſmittenda nepotes
Cum præſente ſimul ſecla futura beat.
Quâ pietate cluis, te obteſtor, maxime Princeps,
Nominis ut placeat ſic meminiſſe tui;
Sic natæ meminiſſe novæ, cui pignus amoris
Indulſti hoc patrii nomen habere tuum.
Nomine ut ornaſti, da cætera: ſupplicat ipſa,
Vt natam agnoſcis Dote beare velis.

Gloria ſit primæ ſe IACOBI nomine primi
Claram eſſe; attollatque hoc patre in aſtra caput.
Tu pater es nobis (IACOBE ô numine major,
Et prior) & noſtræ gloria prima Scholæ.
Quo cluat uſque dedit tua nomen amabile lingua:
Da & linguas, nomen queis cluat vſque tuum.
Auxerat ille opibus natam, non nomine: nomen
Tu dederas natæ: fac comitentur opes.
Vt primo quantò prior es tu, numine, tantò
Major alat Natam gloria, Magne, tuam.

THE KINGS MAIESTIE CAME TO GLASGOW THE XXIII OF IVLY

Where at his Majesties entrie this subsequent speach was deliuered in name of the Citie, by Maister WILLIAM HAY of Barro, *Commissar of Glasgow.*

IF my Eloquence were in the ſmalleſt proportion anſwerable (HIGH and MIGHTIE PRINCE) to the glorie and brightnes of your vertues, and to the pompe and ſplendor of this roy all aſſemblie, & ſtaitlie throng, then might I haue moſt certaine hope to performe this task which by the moſt reverend Prę-lat & Citizens of this your loving Citie is præſcribed unto mee: but knowing al that is in mee humble and weak, and ſeing euerie thing heere a-bout mee magnificent high and glorious, I am become like one tutched with à *Torpedo*, or ſeen of a *VVoulfe*, and my words, as affrayed, ar loath to come out of my mouth: but it ſhallbe no diſ-honour to mee to ſuccombe in that for the which few or none can be ſufficientlie able. What Orator either of the old world, or of theſe after-tymes were accompliſhed enough to ſpeake before ſo Excellent and learned â Prince? and can condignlie ma-nifeſt the vnmeaſurable happines of this triumphing day? Had I as many tongues as there bee heere eyes which gaze vpon mee, and if euerie one of them ſhould flow with as deepe a torrent of eloquence as either that of *Demoſthenes* did at *Athens*, or that of *Tullies* at *Rome*, they were all but vnworthie to performe this firſt office, and all too too few for that laſt.

O day worthie to bee marked with the moſt orient and brighteſt pearles of *Jnde*, or with them which that enamoured Queene of *Nile* did macerat to her as valorous as vnfortunat Lover? O day more glorious (becaus without blood) then that in which at the cō-mand of that imperious Captain the Sūne ſtayed his courſe & forgot the other hemiſphere? Thou haſt brought vs againe our Prince by three Diadems more glorious than hee was in that laſt day when with bleeding harts and weeping eyes wee left him. Thoſe who never looked on our horizon, but as fatall comets, nor ever did viſit vs, but heavie with armes, and thirſtie of blood, Thou O day, as benigne planets, freinds, and compatriots bringeſt vnto vs.

But if wee owe ſo much vnto thee, ô day, what ar wee owen to him who made thee? faire lamp of the world, this day is none of thyn: but, Mightie Prince it is from thee that we enjoy it. For were not by thee wee had ſtill continued in our old cimmerian night, â night of diſcord, hatred, envye, a night of civile broyles, miſchef

blood, a night in which all the *Furies* did walk, a night only enlightned with horrible Meteors, lightnings, dragons, lances, thunders of warres. It is by thee, great KING, that both this darknes, and our old name begin to be aboliſhed; and from thyne aſpect and dayes it is, that our happines heere below doth flow.

Honorable and worthie Auditors ſtay your minds and eyes a while with mee, and contemplat heere the onlye *Phœnix* of the world. Heere is that great peace-maker, and compoſer of our mortall, no, immortall warres: behold the man, who what nether by wit, nor force, nor blood, could bee performed hath accompliſhed, *made a yock of Lyons, vnited two the moſt warlik nations of the world.* This is that King whoſe birth was ſo long foretold by theſe ancient *Rimors*, *Beads*, and *Merlines*, the end of al your prophecies: to ſee whoſe happie dayes our credulous forefathers ſo earneſtlie wiſhed, and wehementlie did languiſh. Heer is a patrone of all vertue, a ſcourge of vice, either a danter, or extirper of wilde barbaritie: the innocents guard, the orphans father, the rich-mans ſecuritie, the poore mans wealth, your true ἀλεξικακος and diverter of evils. Heere is a Prince in whome there is verelie to be found moe vertues & more worth, then all thoſe which *Guevara* did faigne to bee in his *Marcus Antonius*, or *Xenophon* in his moſt excellent *Cyrus*: who althogh hee were not yours, yet hee could be no otherwayes looked vpon by you, thē with the eyes of loue & admiration. Hee is amongſt the Princes of his tyme, as the gold amongſt the mettals, the diamond amongſt the gemmes, the roſe amongſt the flowr's, & the moone amongſt the ſtarres. His vertues breath ſuch a ſweet aire throgh all the climats of the world, as roſes wold doe if they did grow in the skie. Now I am no more in a maze why the ſunne draweth ſo admirablie the *Lotos*, the load-ſtarre the load-ſtone, the load-ſtone the Irone, the amber the chaffe, ſith his vertues ſo far haue that attractiue power, that the remoteſt Nations not onlie loue them, but wiſh that his happie governament were over them.

O Prince no leſſe wiſe then learned, learned then religious, religious then humane, who wold rightlie praiſe thee ſhould haue thyn owne eloquence, thou deſerveſt more to bee crowned with Bayes and olives, then that firſt and greateſt Emperour, who to this joyfull moonth hath given this naine; thy victories are without blood, and thy conqueſts all loue and peace. Who wold cō-pare this thy reigne with theſe reignes of thy predeceſſors ſhuld find

find ſuch difference amongſt them as is between bluſtring tempeſts and gentle calmes, rough winters and flowrie ſprings, delightſome health and devoring ſeiknes. Thrice happie Iſle, without that hath ſo ſtronge a guard as the *Ocean*, within ſo wiſe a Governour, as this King! The ſunne who maketh the round of this earth everie day ſeeth no bounds ſo happie as thyne, and of this Iſle ſeeth no place now, comparable to this Citie.

Upon whoſe citizens from the higheſt top of all greatnes, honour and worth vouchaife (Sir) to looke: who thogh they glitter not with gold and precious ſtones, yet doe ſhyne with loyaltie and obedience, and thogh not with great Rhethorick & fluriſhing of words, yet with their countenances, geſtures, acclamations, claps of joy, doe teſtifie, and giue evident ſignes of that aboundant gladnes, which poſſeſſeth their harts for this your happie returne. In which thogh there may bee (perhaps) many foũd who haue equaled them; yet there ſhalbe none that can goe before them. I ſhuld heere relate how farre this Citie is engaged to your M. progenitors, if thoſe dueties which it oweth to your ſelfe did not mak all the former leſſe; the reſtoring of her Archbiſhops ſeat (by the violence of opinion almoſt aboliſhed) the confirming of her ancient priviledges, the beautifying her with a ſeminarie of religion and learning: And I ſhuld tell, how many reaſons your M. had to loue this Citie, if they were not more then evident to all who either know vs, or our hiſtorie.

Incenſe was of old offred in the Temples for a token of thankfulne & humilitie of humane minds, and that men ſhuld know how that all they could offer to heaven was of no more worth in it ſelfe, then is a litle ſmoake. So doe wee confeſſe to be all that wee doe or can doe to your M. Alas all that can proceid from vs can in nothing anſwer that which your merits deſerves of our gratitude, and that our gratitude oweth to your merits; for the hight of it can bee but perpetuall remembrances of them, love, and true obedience to you and yours, the *Gemini* which are the aſcendents of all loyall ſubjects; earneſt prayers to heaven for the enlarging of this flooriſhing Impyre with the continuing of your long and happie reigne: which whil we enjoy any peice of reaſon, of ſenſe, of lyfe, of being, ſhall never be vnregarded, no, ſhal ever bee devotlie obſerved of vs.

Regi

REGI TRANSEUNTI,

Academiæ Glaſguenſis nomine,

Hanc ſalutationem dixit *Robertus Bodius* à *trochoregiâ*, *Academiæ Primarius*.

SI è Sphærâ ſuâ deſcenderet, nobis ſe propiùs admoturus ille mundi oculus, qui vitam lucemq; rebus hiſce terrenis impertit, non lætitiam & fructum, ſed luctum potiùs lachrymaſque ſecum afferret, nec fauſtis ac feſtis applauſibus, ſed fletu potiùs ac tumultu omnia compleret, miſeros mortales nimiâ ſuâ propinquitate torrens ſimul ac terrens, quod & ſub *Phaëtonte* olim accidiſſe veteres poëtæ fabulantur; Atqui non ita, REX Auguſtme, quem *Britanniæ* tuæ Solem unicum, quẽ, ſecundum DEUM, florentis hujus Imperii lumen & columen jure merito profitemur, non ita de Sereniſſimâ tuâ Majeſtate rem eſſe, teſtis inter alias hodiernus dies, *tua quo propiùs datur oratueri*, immo temet coram & comminus affari; dies, quo nullum vnquã nobis lætiorem, clariorem, optatiorem illuxiſſe, vel nobis tacentibus clamat hic Civium gratulantium lætantiumque concurſus, hęc ſubditorum tam læta ac feſta Panegyris, ad Principem ſuum videndum ſimul & audiendum Ὄυασιν ἅδε πασὶν ἴσον ἐκπαγομένων, auribus pedibuſque, inquam, ex æquo certantium, irruentium, irrumpentium. Quum tuæ Majeſtati viſum eſt, è tuo Palatio, Regiaq; Civitate, velut è Sphærâ quâdam ſublimi deſcendere, Præſulum Procerumque Coronâ ſplendidiſſimâ circumſeptæ, tanquam radiis totidem ex tuo corpore quaquaverſùm promicantibus, vt cæteras ampliſſimi tui regni partes præſentiæ tuæ ſplendore propiùs illuſtrares, quócunque Sol hic noſter amœniſſimi ſui vultus lumen circumtulit, ſubditorum ſuorum animos exhilaravit ſola ejus appropinquatio, eoſdem autem incredibili gaudio replevit, immò extra ſe raptavit, exoptata præſentia; quod quidem ipſis & corda dilatavit & ora reſeravit, partim in laudes & gratiarum actiones, partim in vota preceſque pias pro tuâ incolumitate conceptas; hunc adventus tui felicis effectum ſenſerunt ante nos inſigniores illæ Civitates, provinciarum ſuarum Metropoles, quæ te tranſeuntem

untem exceperunt, quaſque dierum aliquot morâ Majeſtas tua nobilitare dignata eſt; hunc eundem poſt alias *Glaſgua* tua perſentiſcit; *Glaſgua*, etſi nec opum copiâ, nec ædium ſplendore, nec mœnium ambitu, nec civium dignitate conſpicua, erga te tamen, obſequio, fide, ſummiſſęque devotionis affectu, nulli ceſſura tuarum; quin, ut illud omittam, gloriandi ingens *Glaſguenſibus* argumentum, quo divinâ quâdam diſpenſatione *Glaſgua* ſibi vindicat, ſi non ortum ipſum, at certè auſpicata vitę tuę primordia,

Quæ gremio complexa ſuo eſt, cùm Matris in alvo
Occuleréris adhuc, Mundi hoc ſublime priuſquam
Te jubar aſpiceret; reliquas interque Britannas
Munere tam raro tantùm caput evehet urbes,
Humanos inter quantùm caput eminet artus;

Vt illud, inquam, omittam, hoc ipſo non paucis aliarum invidenda, quòd per te illo fruatur, quòd ſub te ab illo regatur *Antiſtite*, quem ut præſens ætas colit & ſuſpicit, ut Patriæ decus, Eccleſiæ munimen, præſidium civibus, ampliſſimi ordinis ornamentum, ſic ultra omnem livoris & calumniæ nubem, ſibi aliquando proponet haud ingrata poſteritas in omnigenæ virtutis exemplar, et in quo uno, ſi dicere fas eſt, inopem tua ſe prodidit opulentia, quòd ſcilicet, etſi hominumque & honoris abundans, vix tamen huic parem habeas reliquum, quem in ejus, quod abſit, amiſſi, alióve tranſlati, locũ ſufficias. Verúm ante omnes hanc Sapientiæ Muſarumq; domum refocillat ac recreat hic jucũdiſſimus tuæ Majeſtatis aſpectus, quæ ſub tuę pueritiæ felicibus auſpiciis excitata, nunc ſub ejuſdem venerãdâ canitie denuo ſibi renata videtur; & unà cum tuo adventu fauſtiſſimo, vnâ cum publicâ hâc feſtivitate atq; lætitiâ, ſuum hunc alterum natalem celebrare geſtit; tantóque aliis geſtit & exultat impenſiùs, quantò plus fructus ex hâc publicâ temporum tuorum felicitate ſentit ad nos literarum ſtudiis addictos, quàm ad vulgus promiſcuum redundare. Sicut enim ex iis quibus eadem aſpiravit maris ventorumque tranquillitas, animoſiús â Mercatore, quàm á vectore votum ſolvitur, adeoque ex ipſis mercatoribus is DEO plura debere ſe judicat, qui odores & purpuras & auro penſanda portabat, quàm qui viliſſima quæque & ſaburrę loco futura congeſſerat, ita pacis hujus otiique publici beneficium, quo ſub tuæ M. pio prudentique moderamine tot annos fruimur, etſi ad omnes æquè pertineat, ad nos tamen eo rectè uſuros, hoc eſt, illud in Virtutis & Sapientię ſtudium impenſuros, altiùs pervenire debet, & gratioribus animis agnoſci, agnitumque

tumque publicâ hac & unanimi profeſſione celebrari. Verùm hoc nobis cõmune cum cæteris, per tuas ditiones ejusdem vitæ ſociis, eorundem ſtudiorum conſortibus; ad illud feſtino, quod huic Academię peculiare fecit tua clementia; quippe quam alioqui ſub onere ſuo fatiſcentem, proximis hiſce regni comitiis novo ſubſidio fulcire, novo commeatu inſtruere, novique cenſus auctario ditare atque dotare dignatus es; vnde ſpes nobis poſteriſque noſtris affulgeat, fore aliquando, ut non modò damna noſtra ſarciantur, membra nunc languentia roborentur, omniaque quæ nunc labant aut vacillant in melius mutentur, ſed & quæ deſunt membra ſuppleantur, quę alibi videmus invidenda, nec tamen invidemus, ſed ingenuè miramur potiùs, apud nos quoque videantur, & hoc Muſarum hoſpitium, quod ſub te natum, ſub te quoque crevit & adolevit, ad ſuam quandam & perfectionem & cultum & claritatem, tuo unius beneficio provehatur. Pro quâ largitate quas tibi nunc, REX Maxime, gratias agat hęc alumna tibi devotiſſima ſimul ac devinctiſſima? quibus hanc tuam erga ſe munificentiam encomiis, quibus hanc humanitatem ἐυφημίσμοις proſequatur? quæ ſuam ad hoc debitè pręſtandum inopiam & ἀμηχανίαν non tam ædificiorum anguſtiis, parietum ſqualore, aſpectu ipſo tam humili, tuamque ſublimitatem neutiquam addecente, quàm hac ipſâ mei balbutientis infantiâ, quàm hac ipſâ mei ad tam claram lucem ἀγχιβόλος & σκοτοδινιῶντος, hæſitantis, inquam & caligantis vertigine, prodere cogitur ac propalare; certè ſi quid in me eſſet ingenii, ſi quid artis, inventionis, eloquii, ſi quid in hac dicendi facultate aut uſu poſſem aut ſtudio, nunc, aut nunquam aliàs, id omne promendum eſſet & exprimendum; ſed neſcio quo pacto plerunque fit in his talibus, ut quo magis conamur eo minùs faciamus, quò acriùs enitimur eo ægriùs pariamus, quod maximè volumus id minimè valeamus, & effectum nimis anxiè concupitum impediat ipſa affectionis intentio: quòd cum reputaret *Indus* ille, jaculator omnium ſui temporis peritiſſimus, invitante *Alexandro* renuit artis ſuę ſpecimen exhibere, maluitque recuſando vitæ ſuæ diſcrimen incurrere, quàm unius ictûs periculo de famâ ſibi multò antè quæſitâ vel tantillum detrahere; mihi tamen abſit ut idem nunc placeat coram tuâ M. conſilium, apud quam, contrà quàm olim *Bernardus* apud *Eugenium*, tutius acceptiuſque reor ipſâ loquendi temeritate quàm ſilentii timiditate peccare; modò conatum interim ſeſe vltra vires intendentem remiſero, & ad moduli mei gyrum breviorem revocâro, μὴ ταῦτο παιδῶ τᾶις φωνᾶις, ἁι τῶ ὑπερτωνᾶσθαι

παντέλως διαπίπτωσι, ἢ τῇ ὄψει ταυτόσῃ πρὸς ἡλιακὴν ἀκτῖνα, ne quod vocibus idem mihi contingat, quæ ſupra modum elatæ prorſus intercidunt & evaneſcunt, aut viſui qui contra radios ſolares intenditur, ut ſcitè monet Nazianzenus. Quid igitur faciam per has temporis qnæ me coarctant anguſtias, cui nec multa dicere conſultum eſt, tam alieno loco ac tempore, nec datum eſt paucis multa complecti, ſed equitum Tyronum inſtar non niſi laxiori gyro circumvehi? An paſſis velis nunc provehar in immenſum illud laudum tuarum pelagus, quod nec tua pateretur modeſtia, nec pro merito ac dignitate præſtare poſſet mea jejunitas, nec ſi poſſem vel maximè, dicendum id eſſet in tranſitu, cui vix dies integer & ingens volumen ſufficeret? An virtutum tuarum culmina leviori, quod aiunt, & ſicciori pede percurram, quod eſſet eas ingenii mei culpâ deterere potiùs quám decorare? An rerum à te domi, foris, privatim publicèque geſtarum gloriam delibabo, quas optima certatim ingenia jampridem æternitati conſecrârunt? An Majeſtem tuam vel cum coævis Principibus, vel cum ſuperiorum temporum præſtantiſſimis quibuſque componam, ut, quatenus quidem in ſingulis eximium aliquid eluxit, omnium in te uno compendium quoddam admirandum proponam? An ſortis tuæ felicitatem oſtendam, quem quum jure meritiſque tuis, communia procerum at populorum vota, communia ordinum omnium ſuffragia ſic in ſublimitatis hujus faſtigium evexerunt, ut inter illius Solis occaſum & hujus Auguſtioris exortum, nullam noctem intervenire ſenſerit Auſtralis illa *Britannia*?

Qui diadema tenes, nec vi, nec ſanguine partum,
Nec precio; felix triplicis concordia Regni
Cui ſervata venit, magnis quod Regibus olim
Tentatum toties meminit, totieſque negatum
Priſca Caledoniis *comprenſa Annalibus ætas;*
Fœdere nam nullo tantæ coāleſcere vires
Ante tuum potuere diem, Natura, Deuſque
Quem fecere Ducem, quique hoc niſi jura dediſſent
Imperium, poteras ſolâ virtute mereri.

Sed hoc jam alii luculenter oratione & prorſâ & vorſâ præſtiterunt, qui tamen argumenti hujus ubertatem nullâ ſtyli diligentiâ ſic totam exhaurient, ut non multa aliis famæ eundem tuæ campum ingreſſuris intacta relinquant; quippe quum nulla dies vitæ tuæ annis accedat

dat (accedant autem optamus innumeræ) quin ex novis virutum tuarum fructibus, novam ſemper afferat felicibus ingenijs tui decantandi materiam. Hoc vnum igitur, omiſſis alijs, Auguſtiſſime Princeps, a nobis præſertim omitti nec debet, nec expedit, quod in tuæ Serenitatis encomium nunquam ſilebit vniuerſa eruditorum poſteritas, tibi ſcilicet, vni, bonas literas, tibi literarum ſtudia, tibi ſtudiorum horum & alumnos & pręſtites, non cultum tantùm ac decus, nec tutelam ſolum ac patrocinium, ſed & vitam ipſam debere cum ſpiritu; te haud ita pridem, in Ampliſſimo illo Ordinum Concilio, ſubditis tuis vniuerſis ad hanc laudem & exemplo & auctoritate tuâ pręiviſſe; Immo non tuis tantum, cuiuſcunq; gradus & ordinis, ſed & exteris poſteriſque ipſis; apud quos lucebunt illa tuæ eloquentię fulmina dicam an flumina, quamdiu apud illos vigebit vlla rerum a te feliciter geſtarum memoria, quam diu vlla legum ſub tuis auſpiciis latarum reverentia; te palam omnibus oſtendere cæpiſſe, (quod & porro facturum in dies cum bono Deo ſperamus & vovemus,) quis verus vſus illarum opum, quas Deo piiſque ſemel vſibus a Maioribus noſtris dicatas, neſcio tamen quo malo regni & eccleſiæ huius fato (dicam enim liberè ſub tanto Patrono ac Vindice δαχέθυμον ἔπος ἰὼν ἔκτοθε ῥήξω, Ὀφρά με μὴ ῥῆξειεν ἐεργόμενον φραπίδεσσιν, & vocem hanc edam veram atque ſeveram, ilia ne mihi fors rumpat, niſi nunc erumpat,) neſcio quà quorundam ἀβυλία aliorum πανεργία omnium ἀβελτερία videmus nunc a primo ſuo ſcopo penitus aberrâſſe, quippe è quibus in ſanctos olim vſus, & nominatim in juventutis rectam inſtitutionem erogatis, nunc tamen, O ſeculi noſtri probrum & maculam! nihil ad eccleſiam, nihil ad publicum, nihil ad viduas, orphanos, egenos, nihil ad patriam juventutem vtilitatis redundat; quæ tali deſtituta ſubſidio, cogitur non ſine gentis noſtræ contemptu atque dedecore, apud exteros ignobilem plerumque ſervitutem ſervire, & vel in Gallias quotannis ſeſe diffundere, vel domi inter vernas & aſſeclas otioſa deſidere; Aut certe, ſi quid inde ad Eccleſiam, ſi quid ad Eccleſiæ ſeminaria, Scholas & Academias, virtutis & pietatis ἀτκηλήρια doctrinæ & morum officinas, fructus manat & commodi, ſi quid ad inopem, ad bona tamen ſtudia natam juventutem, ſubſidij, id omne tuæ vnius munificentiæ, pietati, prudentiæ acceptum ferimus & imputamus; Audiant hoc animi à Muſarum cultu alieni; Audiant humanitatis & amœnitatis omnis expertes; Audiat livor & ſacrilegium ipſo livore deterius, (quas tamen labes, abſit vt audi-

audientium cuiquam adſpergam,) Audiant tamen, ubicunque locorum deliteſcunt, & audientes ringantur & erubeſcant; abſque tuâ Majeſtate foret, Eccleſias vaſtitas, Academias ſolitudo, Regnũ hoc priſtina tandem barbaries occuparet; tantus ex Atheiſmo natus eſt, in tantâ lucem & literas profitendi libertate, literarum tam divinarum quàm humanarum contemptus! tanta ſui retinendi, alieni autem occupandi cupiditas! Quòd ergo ſive Scholarum ſive Eccleſiarum Rectoribus, ſive Muſarum ſacris, ſive Sacrorum functioni, ſuus adhuc conſtet honos, libertas, præmia, vel certè, quòd nondum in extremi contemptûs & paupertatis anguſtias hæc omnia detruſa ſint, cui niſi tuæ Majeſtati ſecundum DEUM debebimus? quæ ſi in hoc tam laudabili inſtituto perrexerit, & in hunc ſcopum ſuas curas & cogitationes conſtanter direxerit, cujus tam paucos ubivis terrarum æmulos habitura eſt, næ illa tandem Regina Sapientia, cum totâ diſciplinarum illi famulantium Encyclopedia, ſuas has nec recentes nec decentes quærimonias,

fuerant, fuerant mea tempora quondam,
Quum docilis noſtris magno fervore juventus
Serviit imperiis, nec honos Marti obtigit vni,

Apud nos quidem, in vaticinium hoc verius lætiuſq; cõmutabit,

Venient, venient mea tempora quondam,
SCOTIA *quum noſtris magno certamine rurſum*
Serviet imperiis, & honos mihi habebitur vni.

Sed vereor, ne nauim tuam triumphalem plenis velis in portum tendentem, nimis jam diu remorata ſit hæc noſtra remora; quo enim alio, REX inclyte, ſchematiſmo, tuam hanc tantam erga nos tantillos humanitatem expreſſero, quâ, cùm Regali comitatu pompâque pręteriens, & ex longioris itineris jactatione nonnihil fortaſſe fatigatus, ad noſtra tamen hęc limina reſtas, exemploque tuo magnificum hoc ſatellitium tecum reſtitare cogis & frænos adducere? quo alio quàm navis in medio ſuo curſu, ringentibus nautis, mirantibus ventis, Oceano ipſo adſtupente, puſillæ Echeneïdos objectu, è veſtigio inhibitæ & compeditæ, vtque olim eleganter illud Ciliciæ lumen,

Ἰχθυος ἐυτιδάνοιο χαλὰ ϛόμα ῥιχαθάπτης
Τοιὴν, νηὶ πεδὴν περιβάλλεται ἄγχιος ἰχθυς
Ἀντιάσας τοιὴν διαφερωνυμίκην λάχεν ἔργων.

Piſciculi vilis medio quam fixit in alto
Os inconſpicuum; tantùm valet illius ictus,
Illius occurſus, contra remoſque, notoſque

Vimque omnem adverſam! hinc Echenëis jure vocata eſt.

Hoc ſolum intereſt, quod *Remoræ* natura vim quandam ἀνθελκτικὴν dicam an ϛατικὴν, admirandâ planè non exquirendâ ratione conceſſit; nobis nihil adêſt, nihil ineſt ἕλκυϛικὸν, nulla virtus occulta, nullum ſermonis illicium, cujus venuſtate Regales tuæ aures oculive capiantur, qui Regnum hoc tam latè patens potenſque

Ηὗτε νῆα νέμῃς πραπίδων ἐνὶ χαλίνῳ

Ceu navim excelſæ regis acri mentis habenâ,

In temet vno cauſa quærenda eſt; nempe illa tibi peculiaris humanitas, Muſarumque immenſus amor, qui te cogit ad hæc tecta divertere, atque humiles luſtrare caſas; quod tuum factum, quin eâdem nunc ad extremum acclamatione celebremus, quâ Imperatorum ſuorum Optimum Romanus olim Senatus excepit; TANTO MAJOR, TANTO AUGUSTIOR, quantò te ad minora & anguſtiora demittis! Cui enim nihil ad augendum faſtigium ſupereſt, hoc vno modo creſcere poteſt, ſi magnitudinis ſuæ ſecurus, ad ſubditos ſe ipſe ſubmittat, & ut Sol ille, quo celſior, eo minor apparet, ita gloriæ ſuæ ſolſtitium ad intuentium captum & conditionem attemperet; hâc igitur acclamatione iteratâ TANTO MAJOR, TANTO AVGVSTIOR, hanc ſermonis telam finio, vel abrumpo potiùs; ubi tuam priùs Majeſtatem oravero, δός χεῖρα χὴ ἐυμενέϑσαν ὁπώπιω placido cum vultu porrige dextram, non quò des aliquid, (abſit à nobis ad modeſtiam & factis & inſtitutis, tam intempeſtiva, tam inverecunda petendi licentia) ſed ut hoc è tuâ ſegete præmetium accipias, quod Celſitudini tuæ cum hac ſpe geſtit & audet offerre tua *Glaſguenſis Academia*, fore ut ſicut καθαρὰς τὸ Θεῖον χεῖρας, οὐ πλήρεις σκοπεῖ, puras DEUS, non plenas aſpicit manus, ita tu quoque viva & ſpirans ejus in terris effigies; Cujus honori, ut plenâ aliquando manu, plenâque ingenii meſſe litet hæc alumnarum tuarum, ut natu & vultu, ita cultu & conatu minima, ubi per te ſperatam illam maturitatem attigerit, unanimi hac noſtrùm omnium voce votoque DEVM ſupplex veneratur, ſit vita tua apud ipſum ligata in faſciculo viventium, inimicos tuos induat pudore, ſuper te autem floreat Corona tua, πολλῶν ἐν δεκάδεσσιν ἑλισσομένων ἐνιαυτῶν.

Per multas vertentium annorum decurias, *Te ſuperumq; Choris aucto, tua fama ſuperſtes Caneſcat ſeclis innumerabilibus.*

Amen. Amen.

Vivat REX IACOBUS in æternum.

EX OCELLO POETARVM NOSTRI SECVLI

(quondam meo) interpolata, et cui omnium optimè quadrabant *Principi adaptata; tu vide, ſis, Lector, & fallor,* an id mecum lætus fateare lubenſq;.

PRincipum princeps, JACOBE, *cujus*
Fama per cunctas volat orbis oras
Quà diem promit jubar, occidensq́
Lumina condit;
Nos movet pridem pius ardor, ingens
Ingredi laudum pelagus tuarum,
Quodq́ non atro petat ore livor
Pangere carmen.
Noſtra vox ſi quid dabit audiendum,
Te Sophocleo *referemus orſu,*
Fulgidum O ſecli jubar, & piorum
Gloria Regum.
Non quod à priſco tibi ſanguis ortu
Surgit, & longam ſeriem recenſes;
Nec quod ingenti tua ſe poteſtas
Limite profert,
Sed quod & gazis, & honore major
Te beat virtus, animique præſtans
Jndoles, cujus meritis nec unus
Sufficit orbis.
Nam quid excelſum magis, aut decorum
Principi, quàm quod generoſo amore
Sacra Muſarum colis, & togatæ
Palladis artes?
Ridet hæc vulgo bona pars potentum,
Ridet, & ſoli populo reſignat
Dona doctrinæ, veluti minora
Culmine ſummo;
Quin & infauſto veluti piaclo
Polluì cenſet generis nitorem,
Si cor informet ſtudiis juventus
Stemmate clara.
Te ſed hinc uſu proprio, hinc beatæ
Mentis inſtinctu meliora doctum,
Talis haud tangit, nec ab inſtituto
Sevocat error.
Macte curarum, labor hic ad aſtra
Tollit heröum ſobolem verendam;
Inſerit cœtu ſuperûm, nigroque
Surripit orco:
Manat hinc præſens animo virili
Robur, & mentis vigor audet ardens
Ire contemptum vitioſa quicquid
Turba capeſſit.
Noſſe geſtarum monumenta rerum
Nemini probro fuit aut pudori,
Sed decet Reges magis, & potentum
Convenit aulæ:
Non enim torquet validâ Magiſter
Mole, ſed dextrâ regit arte puppim,
Cùm procelloſum mare volvit undas
Montibus æquas;
Sic quibus mundi Pater atque cuſtos
Credidit latè populos & urbes,
Imperî clavum moderantur alto
Munere mentis.
Inſerit plantis habitum creatrix
Terra, & occultas reſipit propago
Seminum vires, patriumque robur
Spirat alumnus;
Vim ſed innatam generi Magiſter
Flectit ad rectum, facilique cultu
Pectus informat, placidoſque mores
Mentibus indit.
Commodus

Commodus Baccho, Cererique campus,
Cura ſi deſit, nihil educabit
Præter inviſam filicem, malique
Graminis herbam;
Sic ubi pubes bene nata, nullos
Vel malos ritûs, vitio parentum
Diſcit, aut torpor ſubit, aut abundant
Pectora culpis.
Præbet exemplum ſpecimenque certum
Clarus haud uno Marius triumpho,
Tam nocens paci patriæque lævus,
Quàm bonus armis:
Non enim doctis animum dicârat
Artibus, nec ſe niſi bellicoſis
Voverat curis rigidoque Marti,
Cætera bardus.
Tu ſed exemplo præis efficaci,
Non tuis tantùm, ſed & alma famæ
Lux tuæ quaquâ cluit, orbis oras
Fuſa per omnes.
Sit dies nobis hodiernus ingens
Teſtis, addictam ſtudiis juventam
Quo foves præſens, oculique luſtras
Luce ſereni.
Quid, quod auguſtâ juvat eruditos
Voce congreſſus regere, & ſilentes
Inter applauſus animi profundas
Pandere dotes,
Cura ſi quando gravior faceſſit
Panlulùm? O quis tunc amor atq; cultus
Te petit! quis tunc ſtupor audientum
Detinet aures!
Macte tam ſancto, generoſe Princeps,
Mentis impulſu, tua deſtitutos
Vſque Muſarum, Sophiæque myſtas
Cura ſecundet.
Vera nam ſi fas memorare, ſed fas
Vera ſecluſo reſerare fuco,
Nulla gens æquè juvat, & beatas
Efficit urbes,

Quàm juventutis faciles Magiſtri,
Pectus imbuti ſtudiis & uſu,
Voce qui mentes ad honeſta ducunt
Sponte ſequaces.
Nititur fulcro ſtatus omnis iſto,
Hinc virûm ſurgit ſeges, & propago
Læta, quæ rebus populiſque præſit
Ritè regendis.
Quid foret mundus ſpatioſa præter
Luſtra latronum, niſi mos pudorque
Vim refrænaret? quid acerba legum
Juſſa valerent,
Nemo ſi rectè foret imperanti
Audiens dicto? bona mens quietos
Continet cives; bona mens olympi
Propria dos eſt:
Hanc tamen morum polit architectus,
Qui probo cultu docilem juventam
Fingit ad recti decus, & magiſtrâ
Temperat arte;
Qualis in puppi Palinurus altâ
Dirigit flexu modico carinam,
Aſſidens clavo, neque certa fallunt
Signa ſagacem,
Ergo nos, Regum jubar O, favoris
Priſtini ſemper beet aura, livor
Frendeat quamvis & egena laudum
Pectora vulgi.
Quippe nil magnum populus nec altum
Credit, externo niſi quod paratu
Captat emptorem, ſpecieque mentem
Paſcit inani.
Seriam ſed qui profitetur artem
Simplicis veri, ſolidos honores
Antefert pompæ: catus imperitam
Spernere plebem;
Tuque, cui Muſas licuit ſeverâ
Lege ſectari, per & actuoſas
Ire virtutes, Sophiæque ſummum
Tangere limen,

Hac

Hâc habes acri ratione fultum
Pectus, vt campo valeas vtroque
Pacis & belli ſapienter, atque
Fortiter uti.
Nunc quidem tellus tua, magne Princeps,
Otio dulci fruitur, vigetque
Pace, Scotorum populo nec vllus
Imminet hoſtis;
Duret in ſeclum ſtatus iſte felix,
Nec tuos cives quatiat tumultu
Martius terror, ſolitumque ſervent
Fata tenorem.
Sed (quod avertat Deus omen) olim
Si cor intrârit dolor, ut capeſſas
Prœlia, O quantis inimica rumpes
Caſtra ruinis!
Non avo cedet tua laus in armis,
Marte qui præſtans, opibuſque celſæ
Mentis, vt ſecli jubar impoliti
Fulſerat ingens.
Sic erit ſi te rapiant dolores,
Otia & rumpas, & amata linquas
Caſtra Muſarum, ſed ad hoc venito
Munera ſerius:
Nec tuas vires niſi Chriſto iniquæ
Sentiant Gentes, metuatque ſolus
Turca, nec Turcis melior minorve
Romulus hoſtis;
Vrbe qui ſedes habet in Quirini,
Sola quæ ſeptem ſibi lêgit arces,
Et Lupam auctricem generis fatetur
Hydra bicornis.

Debitus diræ ſacer ille peſti,
Fronte cui pronâ dominas ſecures
Spontè ſubmittunt veneranda Regum
Sceptra potentum.
O nefas ingens, maculamque ſecli
Ille cervicem capiti ſacrato
Proterit, bruti ſtrepituque terret
Fulminis orbem.
Ille clauſtralem furiam, madentem
Celtici Regis nece parricîdam
Intulit cœlo, ſuperiſque junxit
Voce nefandâ:
Voce quam toti recitavit effrons
Præſulum cœtu, voluitque faſtis
Inſeri, tantum nec adhuc piavit
Gallia probrum.
Ille vos lentos facileſque cernens,
Vt ſuis audet dare jura terris
Sceptra largiri Superûmque regna
Vendere nummis.
Sed quid oblitus Citharæ, modique,
Provehor latè pelago, ratemque
Credere immenſi meditor profundi
Fluctibus audax?
Sat mihi, ſat ſit, leviùs tuarum
Ire per laudum ſeriem, laboris
Limen hoc noſtri fuit, iſque limes
Carminis eſto.
Quod tibi Princeps damus alme, cultûs
Parva non parvi monumenta, noſtram
Quò fidem cernat, veniens tuo cum
Nomine ſeclum.

☞ Hæc authore non invito, nec ejus ingratiis, ráptim interpolabat

ROBERTUS BODIUS

A Trocho-regiâ.

MEDIOCRIA ✣ FIRMA

SALMO ΧΡΥΣΕΝΤΕΡΟΣ

REGI GLASGUAM INGREdienti cum poculo a Civibus oblatus.

SQuamigeros inter SALMO gratißimus, ori
Gratus quippe, ſed & natali gratior oræ,
Nec tantùm meritus ferri inter fercula Regum,
Sed tecum commune aliquid; regum optime, habere.
Et memini malè grata moræ quum tœdia lentæ
Condiret mellita tuæ facundia vocis,
Sponſorem reditus nobis te certa dediſſe
Pignora, Salmonis genium, qui ſponte relicto
Oceano, regiſque ſali prædivite menſâ,
In patrios remeat fluvios, dulceſque canales,
Spiritus vt patriâ languens renovetur ab vndâ,
Poſthabitis quæcunque queant terrere periclis.
Jamque fidem dictis (Regi ſit gloria regum)
Alma dies fecit! patrias en adſpicis vndas
Glottiacoſq; ſinus, IACOBUM nondum IACOBUM
Qui primùm fovère, & nunc venerantur alumnum.
Conſpicis antiquumque larem, thalamoſque pudicos,
Naturæque tui artificis loca conſcia quondam,
Salmoni ut perquam ſic cuncta ſimillima quadrent.
Ergo tibi ut gratæ proli, Rex optime, Glotta,
Glotta maris ſoboles nitidis ſalmonibus aucta,
Glottiacumq; decus, parvum tibi GLASGUA munus
Offert Salmonem: ſed quid prius offerat illi,
Cui ſua ſeque ſimul debet, quam INSIGNIA; quæ ſe
Et ſua comprêndunt? dignum & quid Principe tanto
Si non id cui ſe ſimilem dignatus habere eſt?
Noſtra etiam parte ex aliquâ munuſcula regem,
Cui dantur, referunt, ſi fas ſit dicere, ſed fas:
Namque pater patriæ quid non indulſit amori
Natalis genii? & quid non audemus amantes?
Fulgidus ergo tui vultûs ut ſplendor amœni,

Fulgid-

Fulgidiorem animi celsi tegit intus opum vim,
Sic Salmo *hic splendens, fultum meliore Metallo*
Pectus habet. Tibi regalis perfectio, & omnis
Doctrinæ, quæ laus privorum est, circulus in te est.
Annulus hoc aptè signat Salmonis *in ore.*
Hæc referunt etiam nostros munuscula mentes,
Quas amor alloquiumque tuum flagrantiùs virunt,
Edere quàm valeat frustra vox æmula mentis.
Aurea nec tantùm superant hoc viscera tegmen,
Pectora Jejunas quàm nobis fœta loquelas.
Cùm Salmone *scyphus potumque cibumque figurant,*
Queis sine non poterit consistere vita columnis.
Hæc tibi (seque simul) dum Glasgua *datq́, dicatq́, ad*
Teque tuique apicem diadematis vsque tuendum;
Suscipe parva lubens non parvi pignora cultûs,
Cum voto obsequioque, quod ære perennius omni
Annulus hic nunquam mentito obsignat ab ore.

IN SERENISSIMI REGIS JACOBI Sexto-primi ingressum in SCOTIAM, Sole *ingrediente in Signum* Geminorum.

NOster vbi radios Phœbus *patefecit ab Austro*
Mœsta suæ exhilarans ora Caledoniæ
Vidimus attonitos fremere & trepidare Gemellos,
Quod Leo *præteriens præriperet Boream.*
Quos propior Titan *castigans, parcite, dixit,*
Aut tremere, aut fremere, parcite hîc Tyndaridæ:
Iste Cleonæus *non est* Leo, *funditur isti*
Innocuus nunquam dente vel vngue cruor.
HIC Leo *pacificus, pacisque serenus alumnus,*
Marte quidem valet, at pacem alit vnde alitur.
En placidam frontem, & sponsores pacis ocellos!
En arma, en comites: omnia pacis habet.
Cernitis vt blandè submittit cornua Taurus,
Et duplici levior pondere gestit ovans;
Cervicesque superbus agit, meritòque triumphat
Nunc magè quàm portans per freta furta Jovis:
Tunc solum imperii nomen, leve pondus habebat,
Nunc triplex Sceptrum, certius omen, habet.
Hîc Rex Phœnicum, *hîc verus gestatur* Agenor,
Veraque terrarum Jam insula habet spolia: Z z

Vos ergo alternis morientia lumina, faſces
Hos metuiſſe æquum eſt, & coluiſſe faces.
Siue lubet, jam jure, licet, contendite, palmam
Auferet; vt qui ſit ter meritis potior:
Inter enim Oceani celeberrima numina, longè
Ante dioſcuros Hic *numerandus erit.*
Vos quandoque datis timidis ſolatia nautis,
Et fragili facitis ſpem ſupereſſe rati!
At licet armatas pelagus tumidum induat iras,
Perſtrepat & tellus, vndique militibus;
Extemplo Iſtius *præluſtri tacta tridente,*
Æquora ſtrata jacent, arvaque tuta tacent.
Cæſum, Amycum, jactet Pollux fruſtra, inſidiantem!
Iſte *Amycos Perthi, & mille trophæa dabit:*
Mille trophæa dabit ſine Marte parata, ſed arte
Non ſine divinâ, & Marte duos Amycos.
Nec jactate Helenam raptore abſente reductam, Hic
Raptas Marti Helenas eripit, & ſociat,
Illuſtres Helenas, quas ſæpius ambiit orbis
Romanus domitor, nec tamen obtinuit.
Has ſibi in æternum junctas deſponſat & aufert,
Quicquid eas poſthac ſeparet vnanimes.
Exiguum hunc ergo vos ne indignemini honorem
O Gemini, Hic *namque eſt, cedite, Tergeminus:*
Cui non invideat laudem ter maximus Hermes,
Munere nam minor eſt, & ſophia, & ſolio.
Sed quo hæc? nonne brevi regis cum regia ſummi
Cæleſteſque animæ, & nobilior patria,
Cognatam allicient animam, rapientque per aſtra
Nos ſupra, in ſummi tecta ſuprema poli,
Cùm, velut invictis hodie ſtipatur ab Anglis,
Invicti cingent Angeli vtrumque latus,
Veſtra ſuis ridens calcabit ſidera plantis,
Noſtroſque unâ ignes, lumine ſplendidior.
Lumine, quo veſtire ſolet pia pectora Numen,
Lumine, quod limen neſciet occiduum.
Cùmque ita fulgebit, cùm infrà me voſque videbit
Scire libet, Geminis *tunc locus ecquis erit?*
Hæc ubi dicta, mecum atq; iras poſuere Gemelli, *et*
Phœbum *vtrumque vlnis, cinxit vterque ſuis.*

Glaſg-

GLASGVA REGEM ALLOQUITUR.

NOn mirum ſi priſcorum haud oblitus amorũ
Nunc mihi in amplexus, Rex IACOBE, ruas:
Namq; (ego multa licet jactent Sterlinum et
Antè ego te fovi læta tepente ſinu, (Edinũ)
Quàm vel homo vitâ, vel Rex diademate, & antè
Quàm cœli vſurâ, quàm fruerere ſoli.
Hîc natura tui cœpit primordia primùm
Formare, arcano pollice membra notans.
Creta JOVIS magni mendax cunabula jactet;
Hinc ego perpetuò nobilitata cluo;
Prima mihi debet Rex incunabla, ſecunda
Regi ego, qui vitam mî dedit ecce novam,
Cujus ab aſpectu mihi robur fluxit in artûs,
En pro canitie læta juventa ſubit.
Sed quo læta feram vultu mea gaudia? quêis te
Proſequar officiis, obſequiiſque colam?
O tibi ſi rurſum per me revocata juventa
Ter ſuperet Pylii ſecula terna ſenis.

SALUTATIO ἐγκωμιαστικὴ

TE lætus patriæ genius, Te parva ſalutant,
Vt poſſunt, noſtri numina gymnaſij, (ornant
Aonidum decus et charitum flos, cujus ad-
Aurea ſceptra manus, Laurea ſerta comas
Cui corpus Charites, animum finxere lepores,
Naturæ omnigenæ gloria & artis apex.
In te certat opes Natura, Ars edere vires,
Naturæ vires vincis, & Artis opes.
Cæca ſuperſtitio veterum quos finxerat olim,
Et cœlo intulerat numina vana deos,
Cimmeriis pluſquam tenebris damnata jacerent,
Hoc ſi vidiſſent ſecula priſca Jubar.
Nemo bis geniti audîſſet cunabula Bacchi,
Nemo Saturni ſecula, tela Jovis.
Vt Phœbi acceſſu evaneſcunt cornua Phœbes,
Priſca ita luce tuâ lumina ſunt tenebræ.
En Phœbus Lauru tibi cedit, Pallas olivâ,
Suada tibi Eloquio, Juſtitiâq; Themis.

Quicquid in æternum fama invidioſa ſacravit,
Hoc debet meritis cedere jure tuis;
Nam quod apud veteres fuerat virtutis, id omne
Spirante hîc nobis extat in effigie.
Cedite nunc victi Heroes, nunc tendite palmas,
Voxque canat Sexto *læta triumphus* Io.
Vt compendium homo mundi complectitur in ſe,
Sic Regum, immo hominum Rex IACOBUS *habet.*

Robertus Blarus.

REGI IACOBO
ODE *ACADEMIAE GLASGVENSIS* nomine dicta.

REgalis olim (O maxime Principum)
Vates, perenni pagina perſonat
Quem ſacra cantu, dum coercet
Finitimum ſitibundus hoſtem.

Exarſit undas fervidus algidos,
Quas Bethlehemi *finibus, hoſtica*
Diſterminabant caſtra, cinctas
Horrifici fremitu duelli.

Oblata tandem flumina, vindici
Grato dicavit pectore Numini,
Ob mortis exemptos propinquæ
Veſtibulo famulos cruento;

Sic tu, per amnes, per juga montium,
Per teſqua, per quæcunque repagula,
Viſu cupito avens potentis
Primitias hilarare regni,

Perennis hauſtu fontis in arduo
Petræ bicornis culmine conditi
Manu benignus irrigâſti
Glottiacam patulâ juventam:

Non paſſus ultra ſordibus & ſitu
Nec non ruinis, proh pudor!, inclytam
Squalere ſedem, cum Süadâ
Flexanimâ ſophiæ ſacratam.

Hinc & Themiſtas diva ſatellites
Aſtraea ducens, limina deſerit
Superna, ob humanos furores
Præteritis habitata ſeclis;

Gaudens cubili Principis aureo,
Gaudens amœnis mœnibus, insolis
Hic viſa nuper æviternas
Glaſguiacis *poſuiſſe ſedes:*

Huc unda fluxit Caſtalis, *ingeni*
Carmen vetuſti, quin Heliconidûm
Ternæ catervæ laureatis
Huc Charites *comitantur alis.*

Te cœtus unum geſtit amabilis
Ornâſſe, firmas finibus anchoras
His alligâſſe, Glaſguamque
Poſthabitâ coluiſſe Pindo,

Has nempe teſtes jungere convenit
Virtutis altæ, conſcia limites
Laudum hos tuarum, quos movebit
Nulla dies, poſuere fata.

O te beatum ter quater amplius,
Quem Phœbus *ardet, quem ferus æmulo*
Mars *corde pallet, quem jugales*
Pallas *avet prius oſa tœdas!*

Felices O nos Principis omine
Fauſtos colonos! jam pater abditur
Bifrons, colum fulvo benigna
Jam Lacheſis *renovat metallo.*

Huc & rigenti quam-libet edito
Longè ſub arcto lumina blandior
Si flexeris, mox incaleſcet
Pieriis *mihi fibra flammis,*

Quâ te ſupernis percitius æſtibus
Tollam per oras ætheris arduas
Noſtroque Gygæus canoro
Cedet Olor moribundus hymno.

HOSPITIS CUM ACADEmiâ *Glaſguenſi* dialogus.

FAre age quæ teneros extendis virgo lacertos
Quis genitor? tellus quæ tibi, quæve parens?
Sum nova Pieridum ſoboles, me nata tonanFovit, & vberibus gratia terna ſuis; (tis
Optimus at Regum genuit primuſque Britannûm,
Flumina Glaſguiaci *proptèr amœna ſoli.*
Quis tantus trepidâ motus tibi cordis in aulâ?
Spes agitant amplæ, ſpei malè grata quies.
At quæ tanta tibi ſpes primis creſcit ab annis,
Quâ duce Laurigerum tollis in aſtra caput?
Parva quidem cernis fateor fundamina noſtri,
Sic fuit in cunis Roma *minuta ſuis,*
Hæc tamen ô quantus teret olim limina cœtus,
Flos juvenum, Phrygius *quot neque cepit equus.*
Hos ego dum paſsis blando modulamine palmis
Convoco, Threiciæ pulſor vt antè Lyræ,
Ecce ruunt hinc inde novas Heliconis ad vndas,
Et levat anxiferam gens ſtudioſa ſitim,
Aſt ubi Scotigenas *volitabit fama per vrbes*
Noſtra, Caledonii *gloria magna ſoli,*
Tum renovanda mihi ſunt mœnia, protendenda
Atria, nec modico bulliet olla foco.
Nec balbos mirare ſonos, primordia linguæ
Talia, bullatus tu quoque talis eras,
Nubilis edam alias cano de pectore voces,
Nunc rudis, at quondam virgo trilinguis ero.
Eſt vagire meum, tibi ſed rutilare Süada
Fulgenti eloquio præbuit alma, vale.

Alexander Bodius.

IN

ΜΟΥΣΩΝ ΠΡΟΦΑΣΙΣΤΙΚΟΝ

ὑπὲρ τῶν θυγατέρων ἀποχρινομένης τῆς Μνημοσύνης.

ΦΙΛΟΜΟΥΣΟΣ.

Κῶραι Μνημοσύνης με ποτίζετε, καύματι ἦπαρ
Δίψος ἐμὸν φοῖβος, δίψος ἔκαυσε λέων.
Οὔτε ἢ μοι τόσον δίψος, σβέσειεν ἂν ὄινος.
Οὐδ' ἔτι Δημήτηρ ὕδατι τυκομένη.
Μηδ' ἔτι κῆ ποτάμοὶ μητ' ὠκεάνοιο ῥέεθρα.
Ἀλλὰ μόνον Κρήνη τῶν Ἑλικωνιάδων.

ΜΝΗΜΟΣΥΝΗ.

Οἶ' ἐλίαν ποιέμεν πόθες, χρονιώτερος ἦλθες:
Ἔξον γὰρ χορέσασθαι ὅταν ῥόος ὄχθας ἔλειχε.
Νῦν ἢ πέδον πάγη τε, ῥόος τε, κονίζεται ἄυχμῳ.
Στήθεά τε σπαίρει καμάτῳ κεκμηκότα μούσης,
Κἀγὼ τὴν ἢ μόλις νῦν σε προσφθέγγομαι ἀυδήν.

ΦΙΛ. Κρηναῖαι λίβαδες τί πεφεύγατε πού τόσον ὕδωρ?
Τίς φλόξ ἀενάους ἔσβεσε τοὺς ποταμούς?
Τίς δὲ θεογλώσσους κάμαλος καμάτωσε θυγάτρας?
Τίς ποτε θησαύρους ἐξεκένωσε τέως?

ΜΝΗΜ. Σκωληγένους μεγάλοιο φάος κῆ ἀπαυγὴ ἄνακτος,
Πιέριδας κατεμείλιοσεν κῆ ἐφέλκετ' ἀείδειν:
Ἑλκομένας τὲ κατέσχεν, ἕως βράγχος τε, κόπος τε
Εἵλετο διψάλεας κ' ὡς ἄλλοτε, κἄλλοτ' ἐροίτων
Ἐς βύθον ἐξήντλων, ξήραν τε λελείφασιν ἄμμον.
Πρός δ' ἐμ' ἔπειτ' ἔφυγον μέλπειν μαλὰ μᾶλλον μεμαῶσαν:
Ἀλλὰ μάτην ἀρετῶν ἀνάριθμον ἀριθμὸν ἀρίθμειν
Ἐλθων οὖν πρὸς ἄνακτα τέον προφασίζεο. κῆ γὰρ
Οὐδεν ἔχω κείνοιο κλέος ἀντάξιον: οὐδὲ
Εἰς ἐνὶ μνήμῃ ὅς ἐμοιοδήμενα ἄντην
Οἷος τ' ἦν, προφέρειν δύναμαι πινύτης τε, σόφης τε
Σώφρονας, ἢ πράους, ἐλεήμονας, ἠε δικαίους,
Ἢ μεγαλοπρεπέας, πολυδώρους, ποικιλοβούλους,
Ἢ εμίαν τινὰ τῶν ἀρετῶν ἰδιῶτας ἔχοντας
Παμπόλλους, πολὺ παυροτέρους δ' ἀρχοντας ἔχειμ' ἀν.
Τὸν δ' ἰδιωτεύοντιν ἐμοῦ, πολιτευομένοις τε
Ἴσον, ὅς ἀμφοτέρων εἰς ἓν κορυφᾶα συνειρε
Μοῦνον τίς δέξει πολύϊδριν ἄνακτ' ΙΑΚΩΒΟΝ
Ὡς' ἴθι ἡμετέρας γ' οὐδὲν γὰρ δεῖται ἀοιδῆς.
Οὔποτε πλοῦτήσαντ' ὀβολον φρόνιμος τις ἔδωκεν.
Οὐδὲν προαθήσεις πληρυμένη ἀμφιφορῆϊ.
Οὐδ' ὑπεραυξήσεις λάμπρον φαος ἠελίοιο.
Οὐδ' ἴον θ' ἡμᾶς τόσῳ ποτε κῦδος ὀπάζειν
Μᾶλλον ἢ χρείη μούσης τιμᾶσθαι ὑπ' ἀυτοῦ,

κυδ

Κύδος δ μουσάων μόυσας χυδαίνον ἅπασας
Φοῖβος, δ ἔνδον ἔχων μουσάων ἔννε' ὅμιλον
Η' δεκά την μόυσην, πασῶν ἀντάξιον ἀλλῶν
Η" μαλὰ πολλ' οἶδε, πρόοθεν κεκαλυμμένα κείνας
Ουρανῷ ἰ κ' εἶδος φαινερῶς ἀπὸ κρύπτα καλύπτει.
Μῶνος δ σοι δ' ἔσιτο ποιεῖν καλῷ ἱπποκρήνης
Ο'ς παρελαυνόμενος κρήνην μόυσαισιν ἀνῆγε
Γλωσσιαχαῖς, δύναλον πολλοὺς ποτὶ κ' σε ποτίζειν.

DAVID DIKSONUS.

THE KINGS MAIESTIE CAME TO PAISLEY THE XXIIII OF *IVLY*

Where in the Earle *of* Abercorne *his great Hall was verie gratiouslie deliuered by a prettie boy of* 9 *yeeres age* Williame Semple *sone to Sir* IAMES SEMPLE *of* Beltries *this Welcome following.*

A GRAVER ORATOR (SIR) would better become ſo great an action as to welcome our great and moſt gratious Soveraine; and â baſhfull ſilence were a boyes beſt eloquence. But ſeeing wee read that in the ſalutations of that Romane *Cæſar*, á ſillie Pye amongſt the reſt cryed *Ave Cæſar* to: Pardon mee (SIR) your M. owne old Parret, to put furth a few words, as witneſſes of the fervent affections, of your moſt faithfull ſubjects in theſe parts; who all by my tongue, as birds of one Cage, crye with mee, *Ave Cæſar*, *VVelcome moſt gratious King.*

Welcome then is the word, and welcome the work wee all aime at. A verball welcome were baſe, trivial and for everie body; and â Real or Royal welcome anſwering either our harts deſires, or your H. deſervings, *Ad hæc quis ſufficiens?* Actions can never æquall affections. Saying then is nothing; ſhall I ſweare your M. welcome? I dare; but it becommeth not a boy to touch the Bible; and yet, becauſe an oath taken by nothing, is but nothing, *I ſweare by the Black Book of* PAISLEY *your* M. *is moſt dearlie VVelcome.*

Thus have I ſaid (SIR) *and thus have I ſworne.*
Performance tak from Noble ABERCORNE.

Welcome then (SIR) every where, but welcomer here, then any where. This ſeemeth a Paradox, but if I prove it, your M. I hope will approve it. Three pillers of my proof I find in our old Poët, *Phœbus*, his *Clytia*; and his *Leucothoe*; whoſe fabulous Allegorie if I can applie to our ſelves by true hiſtorie, all is well. A in three words.

Phœbus (SIR) you knowe is knowne to all, becauſe ſeene of all: that Sunne, that Eye, by which the world ſeeth, ſhining alike both on good and bad. And are not you (SIR) our royall *Phœbus*? are not you, as ane eye of the world, ſeeing vpon you are the Eyes of the world, ſome for good, others for evill according to their minds. And as that Sunne in his courſe, compaſſeth and paſſeth by the whole world; ſo hath your M. ſince you beganne to ſhine in your royall Sphære, inhanced a good part of the world; but paſſed by, and buried all the Princes, aſwell of the Heathen as Chriſtiane world. O ſhine ſtill then our royall *Phœbus*.

Now that your M. is the peculiar *Phœbus* of our weſterne

world, if any did doubt, then, *Ex ore duorum aut trium*, your three Kingdomes ar three witneſſes. Still ſhine then our royal *Phœbus*. Now (SIR) *Clytia* and *Leucothoe* were *Phœbus* Miſtreſſes; *Clytia* the daughter of the *Ocean*, *Phœbus* firſt Love. Hence did the Poëts faine, that the Sũne riſing in the Eaſt, holdeth his courſe weſtward, for viſiting his love, and according to their long or ſhort embracements, aryſe our long or ſhort dayes and nights. And are not wee then (SIR) of Scotland, your M. owne, old, kindlie *Clytia*? are not you (SIR) our *Phœbus*, comming from the Eaſt, with glorious diſplayed beames, to embrace vs in the mouth of the *Ocean*? and is not this verie place now (SIR) your veſtermoſt period? Ergo (SIR) your kindlieſt *Clytia*.

Your *Clytia* (SIR) is of many goodlie members. Your M. hath paſt alreddie her head, neck, and armes, your greater Townes & Cities; but till now came you never to her hart. Why? becauſe in this very pariſh, is that auncient ſeat of WILLIAM WALLAS that worthie Warrier, to whome (vnder GOD) wee owe that you ar ours, and *Britanne* yours. In this very pariſh, is that Noble houſe of *Dairnley-Lennox*, whence ſprung your M. moſt famous progenitors. In the Citie you came from, the bed that bred you: In the next you goe to, That noble race of *Hamilton*, wherein your H. moſt royall Stéme diſtilled ſome droppes of their deareſt Blood.: and in this very houſe, is, your M. owne noble *Abercorne*, a cheefe ſprigge of the ſame roote, removed only à litle by tyme, but nothing by Nature. And therefore are you in the verie hart of your *Clytia*, and ſo welcomer to her hart, then to any other part. And ſo I hope your M. Parret hath proved his Paradox.

Now (SIR) *Leucothoe*, that faireſt Ladye, *Phœbus* ſecond love, ſhee is even your M. owne glorious *England* moſt worthy of all love. When that *Phœbus*, firſt wowed that *Leucothoe*, hee was faine to transforme him ſelfe in the ſhape of her Mother, and ſo to ſhift her hand-maids for a more privat acceſſe. But when your M. went firſt to your Engliſh *Leucothoe*, you went lik your ſelfe, busked with your owne beames, and backed with the beſt of your *Clytia*: So were both you, and wee, welcome, and embraced of your *Leucothoe*. And retourning now to your *Clytia*, you bring with you againe, the verie lyfe (as it were) of your *Leucothoe*, theſe Nobles and Gentrie which accompanie you; and ſhuld not both bee; nay; are not both moſt dearlie welcome to your *Clytia*.

That

That *Phœbus*, in his love to his *Leucothoe*, forgot his *Clytia*; he came no more at her, her nights grewe long, her winters tedious; wherupon *Clytia*, both revealed and reviled their loves; and so, *Leucothoe* was buried quick by her owne furious father, and *Clytia* caſt out for ever of *Phœbus* favour. But your M. in your moſt inward embracements of your *Leucothoe*, thé were you moſt mindfull of your old *Clytia*. Jndeed our nights have beene long, a fourtein yeeres winter, if wee weigh but your perſone; but yet the beames of your Royall hart (the onlie lyfe of Love) were ever awarming vs. The onely remedie were, that theſe two Ladyes, as their loves are both fixed on one, ſo them ſelves become both one; and what will not true love vnite? As they have alreadie taken on one Name for their deare *Phœbus* ſake, let them put on alſo one Nature for the ſame ſake. So ſhall our *Phœbus* ſhine alike on both; be ſtill preſent with both; our nights ſhalbe turned in day, and our winter in ane endleſſe Sommer; and one beame ſhall launce alike on both ſides of our bound-rod, and our *Phœbus* no more need to ſtreach out his armes on both ſides of it, devyding as it were his Royall body for embracing at once two devided Ladyes. Hee that conſpireth not to this Union, let never *Phœbus* ſhine more on him.

Laſtly (SIR) that poore *Clytia*, thogh ſhee loſt her *Phœbus* favour, yet left ſhee never offto love him; but ſtill whether his Chariot went, thether followed her eyes, till in end by her endleſſe obſervance, ſhee was turned in that floure called *Heliotropion* or *Solſequium*. And how much more (SIR) ſhuld wee, who growe daylie in your grace and favour; bee all turned in a Βασιλεοτροπιον with a faithfull *Obſequium*. Our eyes ſhall ever be fixed on your Royall Chariot: and our harts on your Sacred Perſon.

O Royal Phœbus *keepe this courſe for ever,*
And from thy deare Britannia *never ſever,*
But if the Fates will rather frame it ſo:
That Phœbus *now muſt come, and then muſt goe,*
Long may thy ſelfe; Thy race mot ever ring.
Thus, without end: vvee end. GOD SAVE OUR KING.
Amen.

IN FELICISSIMUM ET OPTATISSIMUM SERENISSIMI POTENTISSIMIQVE MONARCHAE JACOBI BRITANNIÆ magnæ Franciæ & Hiberniæ REGIS,

ex Anglia post annos quatuordecem in SCOTIAM reditum

CARMEN PANEGYRICUM.

EXERE *læta caput, jam gaudia,* SCOTIA, *carpe*
Expectata diu, longumque resolve dolorem.
En lux illa tibi plebis procerumque petita
Vocibus & votis toties, lux aurea venit:
Qua tua vita, vigor, desideriumque, decusque,
Orbis amor, princeps, ac cœli cura JACOBUS
Temperat vnitis qui regna Britannica *sceptris,*
Imperii regalis apex, divûm alta propago,
Deliciæque hominum, æthereis qui missus ab astris
Justitiam terris, legesque & sœcla reduxit
Aurea, Relligio pura quo vindice luce
Christiadum fruitur, placidâque Ecclesia pace,
Quem timet Ortus, amat Boreas, colit Hesperus, Auster
Miratur, totus latè simul orbis amicas
Pacis vt auctori sibi factæ porrigit vlnas,
Annorum post bis senos binosque recursus,
Austriinis egit quos regni amotus in oris
Londino Tamesina ad amœna fluenta sub alto,
Post varias scelerum furias, post mille labores,
Insidiasque truces, & mille exacta pericla,
Et cœlestis adhuc sospes tutamine dextræ,
Huc reduces gressus faustos, optataque tandem
Ora tulit, natale solum, populumque laresque
Antiquos, atque incunabula prima revisens.
O quantùm renovata tuo, Rex magne, regressu
Totius regni facies! O quanta per omnes
Lætitia effusa est populos! O gaudia quanta!
Ordinibus cunctis quanti accessere nitores

Aspi-

Aſpice penè ſuis convulſæ ſedibus urbes
Effuſæque domus, & apertis mœnia portis,
Limina, tecta, arces, templa exultare videntur.
Aſpice ut omnis agris foribuſque egreſſa juventus,
Fortunæ, ſexus, ævi omnis, & ordinis, omnes,
Applanſu reducem læto, fremituque ſecundo
Excipere & paſſis ſimul ulnis undique certant
Amplecti, ſtudioque alacri, pompaque frequenti,
Feſtiviſque adventum ardent celebrare choreis.
Fama refert Orci Admetum eripuiſſe tenebris
Sponſam dilecti ſubeuntem fata mariti:
Illam etiam Herculeo interventu a morte retractam,
Dicitur Hippolytus quoque ſævæ fraude novercæ,
Neptuni diſtractus equis poſtquam occidit herbis
Pæoniis, & Latonæ revocatus amore,
Ætheream ad lucem & ſuperas rediiſſe ſub auras.
At tuus haud unum lethæis corpus ab umbris,
Pæoniis herbis, Phœbique *potentior arte,*
Oppida ſed macie ſqualentia tota, ſituque,
Et populos reditus multos a morte reducens,
Luce nova veſci dedit, & vitalibus auris.
Nuper enim deſiderio confecta jacebat
Scotia *ſollicito, dominique abſentis agebat*
Cura animum, lentis tendens præcordia votis,
Et cœlum implebat mœſtis ſic omne querelis.
Ah qnando rurſus vultum & ſuaviſſima Regis
Ora videbo mei? quem jam bis ſeptima bruma
Aſpectu à noſtro, bis ſeptima detinet æſtas?
Ah quando lucem hauc eoo promet ab axe
Lucifer auricomus, felicem tangere dextram
Qua dabitur, veraſque audire & reddere voces?
Addita quid ſceptris dives juvat Anglia *noſtris?*
Totaque jam Scoto *ſubjecta* Britannia *Regi?*
Quid nomen populumque Auſter Boreaſque ſub unum
Conjunctus? quid pax, æternaque fœdera facta?
Si mihi dilecti præſentia Principis vſque
Eripitur, ſi ſic ſola & deſerta relinquor,
Corpus ut avulſum capiti, viduota mariti
Vt thalamo conjunx, ut proles orba parente;
Quo ſine quid mihi dulce dari, quid amabile poſſit?

Eoo licet huc Ophyre tranſmigret ab Indo
Auriflua, aut rutilis dives Pactolus *arenis;*
Felices licet huc tranſmittant Gargara *meſſes;*
Plena licet ſtipent mihi fruges horrea, quantas
Ægypti irriguæ profert opulentia, mundans
Centuplo vbi fœcundat humum cum fœnore Nilus;
Aut Methymnæo ſtillent ſi palmite ſylvæ,
Qui repleat cunctas generoſo nectare cellas;
Anne illo ſine, opes, illo ſine, nectar, & auro
Manantes optem fluvios, meſſeſque beatas?
O potiùs deſint & opes, & meßis & aurum.
Ah Princeps venerande tui quo gaudia vultus
Vſque moraris, & incertâ ſpe pectora torques?
Obliturne lares veteres, nataliaque arva?
Obliturne ſinu primam quæ fovit alumnam,
Nunc deſiderio exanimem & merore jacentem?
Cur ſenio ſqualent neglecta palatia, quæ te
Sedibus his annos quater excepere novenos?
Cur non irradiat lux nos æſtiva viciſſim,
Vt totum radiis luſtrans Sol aureus orbem,
Nunc Boream propius fertur, nunc vergit ad Anſtrum?
Magnis major avis quamvis, JACOBE, *niteſcis,*
Imperiiſque novis tituliſque & honoribus auctus;
Vber agri quamvis Auſtrina Britannia *jactet*
Divitis, & ſublimi æquata palatia cœlo;
Immenſas vt opes Londini *copia pandat;*
Ne tamen hoſpitio antiquos decorare penates
Dedignere tuo: queis tanto nomine dignus
Si quis abeſt ſplendor, ſtudium officiumque rependet.
Tandem igitur longi miſerere doloris, & oris
Luce tui tetricas languoris diſcute nubes.
Sic Nymphæ in vitreis triſtes Fortheïdes alveis,
Sic Nymphæ in rapidis vlulantes Täides vndis,
Sic Nymphæ in tacitis flentes Glotteïdes antris,
Sic montes, ſic convalles, ſylvæque lacuſque,
Fluminaque & fontes, vrbeſque, & rura fremebant.
Idem omnes chari Viſendi Principis ardor,
Matres atq; viros, plebem, procereſq; tenebat.
Quæ ſimulac Regis pervenere optimi ad aures
Dilectæ voces patriæ, triſteſque querelæ,

Mut-

Mutua continuò penetrarunt tædia pectus.
Mox & flamma vetus labefacta per ossa recurrens,
Ingenti mentem inflammavit Scotiæ *amore.*
Ardet adire igitur, dulcesque revisere terras.
Hæc, seu nox fuscis tellurem involveret alis,
Seu lux Phœbæa lustraret lampadis orbem,
Cura fuit: nec luce dabat, nec nocte quietem
Obversata oculis patriæ revocantis imago.
Ergo vere novo, aurato cum vertice Taurus
Annum aperit revolutum, & nix in montibus altis
Cana liquescit, iter Scotorum *indicit in oras,*
Nec mora, continuò Tamesina palatia linquens
Londinique arces, & mœnia Nomparis alti,
Curiæ & Hamptoniæ longa atria, candidæ & aulæ,
Magnificâ incedens pompâ, cætuque frequenti
Scotorum, Anglorum, *heroumq́, equitumq́ sequente,*
Ostro conspicuis simul omnibus, omnibus auro,
Ipse inter medios præstanti corpore, clarâ
Majestate nitens, vultusque decore sereni,
Auratis totus collucens vestibus, Indus
Quas lapis, intexta & pretiosis fila smaragdis,
Et variis Nereia ornabat bacca figuris.
Qualis ubi toto pacatis gentibus orbe,
Et claussis belli portis, Octavius olim
Augustus, magno Romana ad templa triumpho,
Et Capitolinam incedebat victor ad arcem;
Vota sacraturus pacis cœlestibus aris.
Segnior haud illo custos hoc pacis in ævo,
Rex, qui per totum bellorum motibus orbem,
Aurea compositis IACOBUS *secla reduxit,*
Cœptum iter insistens ibat, dum redditus arvis
Scotorum, *Bervici ad mœnia, bellica quondam,*
Nunc ramis præcincta oleæ pacalis, & inde
Antiqui sedem imperii, pervenit Edinum.
Diversas hinc regni oras atque oppida lustrat.
Ergo moræ longæ questus, jamque anxia pone
Tædia; non vltra dubiis torquebere votis
Scotia: *adest oculis totus, quem mente petebas.*
Cujus amor raptat, cujus te oblectat imago,
Auro impressa, insculpta ari, saxoque polita,

Jam

Jam cerne adſpectu vero, coramque tuere
Os ſacrum, atque altæ divinum frontis honorem.
Auguſtum venerare caput: verba auribus haurì
Lactea, nectareo vt manantia flumina fonte.
Quæ te invicta tegit felicem amplectere dextram.
Excipe magnanimum pectus, liquor vnde perennis
Judicii immenſi fluit & prudentiæ, in omnes
Imperii qui ſe diffundens vndique partes,
Inſpirat vivum per ſingula membra vigorem,
Illius adventum læto cœlumque ſolumque
Adſpectu excipiant, & vultu cuncta ſereno,
Quæ vel alit tellus, vel quæ capit humidus aër,
Vel quæ Neptuni vitreis verſantur in vndis;
Gaudia teſtentur ſua: eoïs purior vndis
Surgat, & Heſperias repetat ſol purior vndas.
Noctivago flammis fraternis æmula curru,
Lucidior Phœbe *nitidum percurrat Olympum.*
Pulſa hyemæ, æſtivo ſplendore refulgeat aër,
Tranquilli ſileant venti, poſitiſque procellis
Mulceat æquoreos fluctus placida aura favoni.
Pingat agros viridi Maius formoſus amictu,
Et loca odoriferis latè omnia floribus ornet.
Nec rapidis Cancer ſata fervidus ignibus vret,
Corumpat nimio nec Jupiter humidus imbre;
Fœcundas Virgo autumni maturet ariſtas,
Pura ſolo erumpant fragrantis flumina mellis,
Et nivei paſſim lactis. bona copia cælo
Depluat, & decoret fœcundis frugibus arva.
Lætaque luxurient lætis pecuaria campis,
Quæque colunt montoſa fera deſertaqne teſqua,
Saltibus vmbroſis inclusæ queque tenentur,
Venantum queis à laqueis, & odora canum vi,
Degere ſecuris, jam pridem Principis alti
Edictum indulſit, dameq, hinnuleique fugaces,
Cervorumque greges cœlo capita alta ferentum,
Ocypedeſque capreq campis glomerentur apertis,
Et ſpectacla ſuo exhibeant venatica Regi.
Aſpera queque colunt volucres ericeta, lacuſque
Queq liquidos, ſeqvi terrorem nuper ademptum
Aucupii, jaculique metum, retiſque doloſi,

Gratan-

Gratantes, lætis concentibus æthera plaudant.
Vos quoque quæ bifidi colitis Jacraria collis,
Lauri fronde comas innexæ, & flore recenti,
Pierides, Jacræ penetralia pandite rupis,
Arcani, que novum pæana parate Jub antris,
Regis in occurJum, veStris qui optata Camœnis
Otia, & ornatus, & præmia digna Jacravit,
MuJarumque decus nitet ipJe & Apollinis ingens.
Noštra etiam, Ji quis vigor eSt, vel Ji qua liquoris
Hippocrenæi potes exorare Jorores
Pocula Caštalias, exurge, tuoque Jaluta
Adventum Regis felicem carmine, & omnem
Illius in laudes aciem diffunde, Thalia.
Quin te omnes verte in formas, totum indue Phœbum,
Teque omni infuJâ Permeßide prolue lymphâ,
Nondum etiam laudum compręndes illius oras.
QuiJnam etenim magni numeris æquare IACOBI,
Aut potis eSt humili MuJarum dicere verJu,
VirtuteJque animi, & mentis decora inclyta, & omnes
Vno congeštas naturæ pectore dotes?
Quarum trans Meroen, Atlanteoſque receſſus,
Trans gelidos Tanais fontes, Mœoticaque arva,
Fama orbem celebri replet præconio vtrumque;
Audiit, & veniens extremis hoJpes ab oris,
Viditque, obštupuitqe, & vix Jibi credidit ipJi,
ImmenJas regni moles aulæque nitorem,
Heroumque acies cernens, equitumque cohortes,
ServorumJque ornatum oštro lucentium & auro;
Præcipuè ipJius JplendoreM Principis altum:
Quantus magnanimi nâ cum maještate refulget
In facie decor, & gravitas in fronte Jerenâ?
Quantus in ore lepor, roJeiJque affuJa labellis
Gratia? quanta animi vis, ingeniique facultas?
Factaque, dictaque mortales JuperantiA captus.
An referam puro quàm numine pectora plena?
Divinæ Jit quantus amor pietatis, & ingens
Humanis miJcens cœleštia mentibus ardor?
Vt tua laus verè Jit relligionis honorem
AJJerere, & Jacros CHRISTI *Jervare penates.*
Pro queis mille necis diJcrimina, mille labores,
InJidiaJque truces, Monštri Jub gente tuliSti
Tricipitis, quæ Gorgoneis infecta venenis,

Rectores violare orbis, sacrasque tiaras
Audet, ut amoto imperii lucisque nitore,
Papanum rursus sese in chaos omnia condant.
Nec te turba lacu evolitans furialis Averno,
Fumiferæque imo effusæ ex Acheronte locustæ,
Orbem involventes cæcâ caligine, & omnes
Cœlesti vacuos pungentes tempora signo,
Non te vllæ facies, non terruit ipse Iiphœus,
Horrida dirarum è Tarpeia fulmina rupe
Nequicquam ejaculans, & inania murmura miscens.
Tu Pythona tuis lateranum, Phœbus vt alter,
Fixisti telis immani vulnere victum:
Tu divinus vt Alcides, immanibus orbem
Errorum monstris invicti robore veri
Purgare aggressus, numerosa volumina magni
Hydræi illius capitis, bella, arma, minasque
Spirantis, sacri excidisti dogmatis ense.
Auspicioque puri capita inde infausta renata
Per te strata jacent, ævi monumenta prioris,
Historiamque sacram mendax Baronius omnem
Cratinæ dum ad vota suæ componit, ineptis
Conspurcans lenociniis, putidisque fabellis:
Tortus atrox triplicis nodi quoque reste retortus,
Et capitis curare exorsus vulnera primi,
Occubuit dextrâ victus Gretserus eâdem:
Mitrigerique alii per te cecidere gigantes.
Errorum per te tenebris, omnique remota
Barbarie, extremis Christi lux aurea terris
Accensa est, cultuque nitet veneranda sereno
Relligio. tua virtutum fœcunda quod ætas
Floreat, & nondum terras Astræa reliquit,
Gloria: quodque artes excultaque dona Minervæ
Luxurient passim, & messes vix horrea capient,
Pieridum quas sacra Pales collegit ab agris.
Quanta sit an liquidæ narrem facundia linguæ
Lactea? quàm cunctas diserte edisseris artes?
Seu libet Aonio deducere vertice Musas,
Abdita seu Sophiæ mysteria pandere sacræ,
Seu narrare ævi monumenta recondita prisci,
Publica seu juris legumque revolvere scita,
Seu dubiis responsa dare, atque ænigmata cæca

Solvere, ſeu rerum abſtruſas exponere cauſas,
Et cœli ſoliſque vias, lunæque labores
Dicere, ſeu magnum artificem qui lucet in iſtis
Laudare, auctorem naturæ ac ordinis omnis.
Quis non tam varias vno ſub pectore dotes,
Totque vno fluere eloquia admiretur ab ore?
Juſtitiamne canam? populi quâ in commoda legum
Flectis frœna, æquo dirimens moderamine lites:
Quâ jus pauperibus præbes, curaſque potentum
Ne tenues infeſta premat violentia, nec fraus
Artibus exagitet miſeros, fœnuſve doloſis:
Quâ facis agricolas & duros ruris alumnos
Vt foveat ſecura quies, armentaque latè
Tuta errent vacuos incuſtodita per agros:
Extremo per quam populi ſub ſole remoti,
Hibernique feri, montoſaque teſqua colentes,
Vivere qui rapto ſoliti, nunc vincla ſubire,
Et legum aſſueſcant ſese ſubmittere habenis.
An memorem, vt toto quæ nunc pænè exulat orbe
Juſtitiæ germana, tuo ſibi pectore ſedem
Fixerit, intemerata fides, comes addita dictis,
Et factis æterna tuis, immobile ſervans
Ingenium, ſolidoque ligans promiſſa adamante,
Nec ſimulare ſinens, fuco livere nec vllo,
Nec meritis fruſtrare bonos, nec plaudere pravis,
Neve odium cordis tacito occultare ſub antro,
Sed vultum menti componens, factaque dictis.
An repetam vt magni ſoboles clementia patris,
Juſtitiæ quæ difficilem legumque rigorem,
Præcipitemque irarum in ſontes mitigat æſtum,
Frigida quæ calidis miſcens, & mollia duris
Temperie res humanas conſervat amica,
Tota animo, ſe tota tuis interſerit actis?
Hinc placidè delicta domas, irâque remotâ
Supplicium offenſis infers: nec ſanguine gaudes,
Nec pœnis miſerorum: hinc ſtratis parcis, & arma
Pace premis, ſolerſque odiorum ſemina tollis;
Aurem ſupplicibus nec inexorabilis obdis.
Ferro alii ſese & violento robore jactent
Rectores, populi cumulent æraria cenſu

Horrorem feritate ferant: tua laus, IACOBE,
Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.
Fontis inexhauſti largos anne eloquar imbres?
Innumeros opibuſque homines & honore levantes?
Stagna Tagi venis auri ſtillantia, & arva
Lydia, Pactoli rutilis ſpumantia arenis,
Eooſque Ophyres flavæ tua dextra caminos
Munifica exſuperat, latè dona aurea fundens.
Jupiter auratas olim, vt cecinere Poëtæ,
Conceßit Rhodiis pluvias in Palladis *ortu.*
Dicitur & voti virtute potitus avari
Mutaſſe in fulvum quicquid Mida tangeret aurum.
Vtraque verè in te hæc impletur fabula: vincit
Et pluvias Jovis, atque Midæ tua dextera tactum,
Per populum variata omnem, auri & divitis agri
Muneribus ditans plebem procereſque refuſis.
Ergo nulla tuum poterunt oblivia nomen
Condere: ſed memori ſemper celebrabere fama.
Sive hominum vox viva tuos depingat honores:
Seu lapides & ligna novis inſignibus ornes,
Queis aptata manu artificum tibi ſurgat imago,
Cui veteris cedant artiſque æriſque figuræ,
Quas vel Apellæas aiunt animaſſe liturus,
Aut Phidiam raſiſſe, aut ſollicita arte Myronem,
Aut quas Pyrgoteles nitidis inſculpere gemmis,
Aut potuit radianti effingere in ære Lyſippus.
At tibi Pieridum nomen monumenta parabunt
Marmoreis Statuis, omnique perennius ære:
Atque immortalem ventura in ſecula famam.
Ducite lanificæ fila interrupta ſorores;
Ducite lætæ IACOBO *in longum fila ſenectæ:*
Serus ut in cœlum redeat, multoſque per annos
Felix interſit terris populoque Britanno.
Tum tu, qui æternâ mundum ratione gubernas,
Omnipotens, genus, & generis per ſecula prolem
Æterna, imperii patrii moderamen habere
Da pater, & proavis ſimiles regnare nepotes:
Flammifero per obliqua means dum ſidera curru
Obſcuris lucem Phœbus *diſtinguet ab vmbris.*

MICHAEL WALLAS.

THE KINGS MAIESTIE CAME

to Hamilton on Moonday the xxviii of Iuly.

BUrſt furth, my Muſe, too long thou holds thy peace,
Paint furth the paſſions of thy new-borne joy:
Forbear to ſing thy lovelie layes a ſpace;
Leave wanton Venus, and her blinded boy.
Raiſe vp thy voice, and now, deare Muſe, proclaime
A greater ſubject, and a graver theame.

Since our much lov'd *Apollo* doth appeare
In pompe and pow'r, busked with golden rayes,
More brigt heir ſhyning on our hemiſpheare,
Nor that great planet father of the dayes;
With boldnes offer at his ſacred ſhryne
Theſe firſtlings of thy weake and poore ingyne.

GReat IAMES, whoſe hand a thre-fold ſcepter ſwayes
By heavens exalted to ſo high à place,
Both crown'd with gold, and never fading bayes
Who keps three kingdoms in ſo ſtill à peace,
Whoſe love, cair, wiſdome, grace, & high deſerts,
Have maid thee Monarch of thy ſubjects harts.

Thogh thou by armes great empyrs may'ſt ſurpriſe,
Mak Europ thrall, and over Aſia reigne,
Yet at thy feet deſpyſed, Bellona lyes:
No crownes thou craves which bloodie conqueis ſtaine.
Whill others aime at greatnes boght with blood,
Not to bee great thou ſtryves, bot to bee good.

Whom

Whome ſnakie hatred, ſoule conceav'd diſdaine,
Hart-rooted rancor, envy borne in hell
Did long in long antipathie detaine
To eithers ruine, as they both can tell,
Uniting them thou haſt enlarged thy throne,
And maid devyded *Albion* All Bee one.

O heavenlie vnion! O thryſe happie change
From bloodie broyles, from battells and debait,
From miſcheifs, cruelties, and ſad revenge
To love and peace, thou hes transformd our ſtait,
Which now confirmed, by thee before begunne
Shall laſt till earth is circuit with the Sunne.

Jov's great vice-gerent, Neptuns richeſt treaſure,
Earths glorie, Europs wonder, Britanns pryde,
Thy wit (lyk heaven) in ſuch a divyne meaſure
This litle world ſo happilie doth guyd;
That Cæſar, Trajan, Pompey, Alexander,
If now they liv'd, the place to thee might rander.

What wants in the (O King) heavens could impairt?
Or what is in thee not of higheſt pryce?
A liberall hand, a moſt magnifick hart,
A readie judgment, and a prompt advyſe,
A mynd onconquered fearceſt foes to thrall,
Bright eye of knowledge: ſingular in all.

Thy waitchfull caire, thy zeale and fervent love,
The Church, the laye, each high or low eſtaite
Long-ſince by many worthie deeds did prove;
Bot moſt of all by theſe effects of laite.
For thou affects amongſt thy high deſign's
To build the Sanctuarie of the King of Kings.

Heavens therefore did thy royall grandeur guaird;
Thy Royall perſon from the cradle keap'd
From thouſand plots t' eclips thy Sunne prepair'd
By theſe who horror vpon horror heap'd
Their barbarous hands into thy blood to bathe,
And mak thee (guiltles) object of their wrathe.

Thogh

Thogh Anaks curſed children did repyne;
Yet heavens made Joſua over them prevaill:
Thogh helliſh harts envyd'd thy glories ſhyne;
Yet in the practiſe their attempts did faill.
But loe, thy mercie ſtill to be admir'd!
Thou ſpared them, againſt thee who conſpyr'd.

For as in all thou ſecond art to none,
To thee all Kings in clemencie give place.
Thryce happie people rul'd by ſuch a one,
Whoſe lyfe both this and after-tymes ſhall grace:
Long may thy ſubjects, ere thy glaſſe outrunne,
Enjoy the light of thee their glorious Sunne.

What Load-ſtone ſtrange had ſuch attractive force
To draw thee home-ward to theſe northerne parts?
Whill Mars the world affrights with trumpets hoarſe,
Broyls inhumaine devyding humane harts;
Whill Belgium braine-ſick is, France mother-ſick,
And with Iberian fyres the Alpes doe reik.

Moſt lyk that fiſhe, whoſe golden ſhape of late
Was to thee given, thy love to repreſent,
Which in the Ocean thogh ſhee doe grow great
And many foraine floods, and ſhelves frequēt;
Yet not vnmyndfull of her native Burnes,
Thogh with great toyle, vnto them back returnes.

Rejoyce then, Scotland; change thy mourning weed;
Now deck thy ſelfe into thy beſt attyre:
And lyk a bryd advance thy chearfull head;
Enjoy with ſurfet now thy ſoules deſyre;
Unceſſantlie with ſighs importune heaven
That thou may long enjoy this gift new given.

Welcome, O welcome thryſe, our glorious guyd;
A thouſand tymes this ſoyle doth thee ſalute,
Welcome, O welcome, Britanns greateſt pryd,
By thee which happie doth it ſelfe repute,
Thogh all-where welcome; yet moſt welcome heir:
Long haunt thir bounds, ere thou from hence retire.

Heir

Heir pleſant plain's alongſt the cryſtall Clyd,
Which in a flowrie labyrinth her playes,
Heir blooming banks, heir ſilver brooks doe ſlyd,
Heir Mearle, and Maves ſing melodious layes,
Heir heards of Deer defy the fleeteſt Hounds;
Heir wods and vail's, and Echoes that reſounds.

Stay then, O ſtay, and with thy preſence grace
That noble race, which famous by thy blood,
Long toyle and trouble glaidlie did embrace,
And wounded oft guſht furth à crimſon flood,
In hazards great defending with renowne
The liberties, and glorie of thy Crowne.

But leaving more to entertaine thyn ear's
With airie accents, hoarſe and homelie ſongs,
My ſolitarie Muſe her ſelfe reteirs
Un-uſd abroad to haunt ſuch pompous throngs.
Sua renders place that after emptie words,
Thou may partack ſuch as this ſoyle affords.

Sr WILLIAM MURE younger,
of Rowallan.



AT SANCHAR
THE LAST OF IULY.
TO THE KINGS MAJESTIE.
SANCHARÆ GLORIATIO.

NOn vrbs una simulque Numam, *cœpitque* Lycurgum,
Quique dedit Sophiæ signa Solona *suæ:*
Nulla vnquam Salomona *simul cum* Cæsare: *at vna*
Cunctorum dotes Sanchara *nostra capit.*
Relligione tibi vt primus, sic lege secundus,
Et cedit Sophiâ *tertius ille suâ:*
Quin Salomona *æquas sacrâ, clementia cedit*
Cæsaris, *O patriæ firma columna, tuæ.*
Per te Relligio, per te est suffulta Britannûm
Gloria, per te omnis vis inimica cadit.
Quare age, nec desiste piis conatibus, inter
Primus honoratos vt numerare Patres.
Nobilis *Sancharii* nomine posuit
Patricius Kinalochus.

NVnc age depositis caput exere, SCOTIA, *curis*
Exere læta caput, cohibe viridantis olivæ
Fronde comam; namq; æternam tibi sidera pacem,
Regnaque compositis spondent Saturnia *bellis:*
Jam redit in terras cœlis Astræa *relictis,*
Et comes Astreæ *pleno bona Copia cornu:*
Jam redit & læti renovatix gloria secli
Corda diu exhilarans languenti hebetata veterno:
Jam quoque securus patulæ sub tegmine quercus
Quisque suæ recubat, nec jam de nocte silenti
Vt jugulent homines, surgunt, velut antè, latrones:
Verùm si libeat, tutus discrimine ab omni
Carpere iter, vel nocte potest, vel luce viator,
Sive per australes obeunda negotia fines,
Sive per intonsos, ventosa cacumina, montes,

Et loca ſenta ſitu, & prædonibus hoſpita teſqua,
Queis corde antè fuit prædari, & vivere rapto;
Tuta etiam junco ſervatur vacca paluſtri,
Nec Marti locus eſt, Jani compagibus arctis
Clauduntur portæ: Pax & Concordia dextras
Conjungunt, nec-non ſibi mutua baſia figunt;
Omnia floreſcunt pace, omnia pace vigeſcunt;
Et penitus toto diviſa Britannia *ab orbe*
Nec minus in ſeſe (tot enim labentibus annis
Nullus amor populis, nec pax, verùm horrida bella;
Queis maduere truces fraterno ſanguine dextræ,
Horreſco referens) uni nunc ſubdita ſceptro eſt,
Atque ex oppoſitis regnum coaleſcit in unum;
Nec-non finitimæ coiere in fœdera gentes
Hinc atque hinc: foris atque intus concordia tanta eſt:
Adde qnod errorum cæcâ caligine pulsâ,
Hæreſiumque Antichriſti radiante refulget
Luce Evangelii & ſinceræ Relligionis.
Talibus, atque aliis IACOBO *Principe rariſ*
Aucta bonis, exempta malis, O SCOTIA *felix,*
Quæ regio in terris ſeptem ſubjecta Trioni
Præ ſe non meritò te prędicet eſſe beatam?
Fare age pro ſuprâ memoratis ordine donis
Quid reddes domino? grates perſolvere dignas
Non potis es, qui te tam rariſ rege bearît
Dotibus exculto, & felici ſidere nato.
Cujus, Mæoniæ detur ſi gloria Muſæ,
Non omnes modicis poſſem comprêndere chartis,
Omnibus exactas numeris nec dicere partes.
Dicere tentanti vellit mihi Cynthius aurem,
Et vetat eximias & tanto Cæſare *dignas*
Deterere ingenii deducto carmine laudes.
Hinc in te apparent divini ſigna favoris:
Namque ſuo Dominus calidâ inflammatus ab irâ
Præfecit populo Saulem *Regem improbum, iniquum.*
Verùm, vbi pacatus vultu huic arriſit amico
Rejecit Saulem, *& capiti diadema revulſum*
Jeſſiadę *dedit, huic ſacro perfudit olivo*
Tempora, & impoſitum ſolio moderamina Regni
Suſcipere, & ſanctæ juſſit jus dicere genti.

Ergo

Ergo tui domino grates cane Davidis *ergô*
SCOTIA, *nec ceſſa ſupplex in vota, preceſque,*
Hunc ſuper expandat læti vt muniminis alas,
Et circum Angelicæ figant tentoria turmæ;
Præſidioque ſient, ne vi, vel fraude feratur
Incauto damnum, vires animumque miniſtret
Cœlitus, vt legum & juris moderetur habenas
Ad regni decus immenſum, patriæque ſalutem.
Numinis auſpicio, & famæ pernicibus alis
Gloria ſplendeſcens illum ſuper æthera tollat;
Vtque diu interſit, populo præſitque Britanno,
Vivere det fauſtam longæva in tempora vitam.

Patricius Johnstonus.

DUm *canerent laudes Regum, olim fingere Muſas*
Non puduit falſa, hîc vera tacere pudet.
Nam geſtis Jacobi *æqualia verba modoſque*
Nondum Phœbus *habet; quærito vt invenias:*
Si invenias, Jacobum *aut præfer carmine cunctis*
Regibus, aut tandem victus, Apollo, *tace.*

 Robertus Wilkie.

PHœbus cùm eoïs nitidum caput exerit vndís;
Cùm curſum rapidís feruidus vrget equís;
Cùm croceís aurora genís fulgeſcere cœpit;
Phoſphorus & rutilo cùm vigil axe micat;
Tunc lætus pullum mundus deponit amictum,
Membraque veſtitu millicolore tegit;
Tunc volucres tremulas modulantur gutture voces;
Tunc renovat ſolitum ruſticus acer opus:
Tunc flores, ſegetes, virgulta, homineſque, feraſque,
Et luſtrat radiis abdita cuncta ſuís.
Non aliter, Rex magne, orbís Sol, magna Britannûm
Lux, Heliconiaci gloria magna chori,
Vt Nithiæ optatus tetigiſti limina amœnæ,
Omnia lætitiæ ſigna dedere ſuæ.
Dulciſonís altê reſonant loca cuncta camœnís,
Plauſibus & lætís compita cuncta ſonant.
Hinc Themis, & Pallas, Chariteſq; & lætus Apollo
Harmonicís greſſus compoſuere ſonís:
Ergô dies lucem, volucres modulamina Soli;
Debebunt Muſæ carmina noſtra tibi.

Samuel Kello.

AT DRVMLANGRIG THE FIRST OF AUGUST.

DUGLASSIORUM OFFICIUM REGIÆ MAJESTATI.

SCitè *dulciſonos* Maro *poetas*
(*O rarum populi decus* Britãni)
Cycnos *grandiloquus vocavit olim.*
Scrutanti trutinâ ſed banc ſeverâ
Vocem, jure quidem queat videri
Mirum, vt conveniat ſacro poetæ
Cum Cycno rationis haud capace.
Scruteris trutinâ ſed vt ſeverâ;
Ambo lacteolo colore, plumis
Alter candidulis, & entheatus
Alter pectore candet; atque juxta
Ripas expatiantur ambo opacas;
Ambo doctiloquûm choro ſororum
Necnon laurifero Deo ſacrati:
Ambo dulce melos petente morte
Cantant, albus olor, poeta et almus.
Naturæ at genii negant Olores
Audiri; Zephyri, favoniique (cat,
Ni ſpirent placidi. Ergò quis ſtupes-
Si ſeclo hoc vario, canorus olim,
Vatum laurigerûm chorus ſileſcat?
Quum tot terribiles Noti, atq; triſtes
Conſpirent Boreæ, nec ullus vſquam
Afflatus moveat Favoniorum.
At ſpirante tui ſacrâ favoris
Aurâ nunc, placido favonioque;
Et vultus radiis modò ſereni
Ictus, doctiloquûm chorus ſororum
Cycnorum *ſuperat melos canendo,*
Dum certat meritos tuos honores,
Et nomen celebre vſq; ad aſtra ferre.
An tot nobilium virûm vndequaq;
Certatim comitante te phalange,
Ingenti vndique gratulatione,
Applaudentibus omnibus vicißim
Muſis, civibus, incoliſque regni,
Duglaſsî *generis corona ſola*
Miſceri medio choro negabit?
Abſit, qui toties fidem probarunt
Pro te, pro proavis manu potente
Pugnando, renuant obire pacis
Almæ munia REGE *pro benigno.*
Quin fulgente Dei benignitate,
Applauſuque tuo annuente nobis,
Duglaſsî *generis corona tota,* (ſtat,
Quos bellando Aquilas probaſſe con-
Ad cœlum quoq; concinemus vſq;
Laudes percelebres tuas, Olorum
Inſtar; ſeculaque audient futura
Laudes percelebres tuas canentes:
Phœbeos tamen oda noſtra olores
Hoc vincet, viridi quòd in juventâ,
Ætate & vegetâ canetur illâ,
Illi quam recinunt minante morte.
Hoc æqui intereà, bonique carmen,
REX *digniſsime, conſulas precamur.*

GEORGIUS DUGLASSIUS.

Ergone Rex Nithiæ *nemorosam invisere vallem,*
Et loca quà natitat Nereus, *numerosaque* Tempe,
Atq; pharetratæ tot compita trita Dianæ
Mens immota manet? calcata ubi prata Napæis
Cernere erit tacitis Nitha *quà dilabitur undis:*
Pressior ipse solo, ripâ quoque pendulâ opacus,
Limpidus ad fundum latices sine vortice euntes
Gestit habere suos; per quos numerabilis altè
Calculus est omnis; non ullâ turbidus aurâ.
In teneris tremulus quà ros argenteus herbis
Se glomerans variè gemmis contendit eois:
Squamiger obnatitans ubi Salmo *plurimus orbes*
Circinat, oceani spretâ intractabilis undâ,
Donec arenosi Solvæi *flumina findat.*
Ecce smaragdino vestit se tota virore
Florida Flora, *levi redimitaque tempora myrto*
Basia vel pedibus prædulcia in limine libat,
Atque autumnalem gazam læta explicat omnem:
Lilia juncta olim rutilanti cana Leoni
Pone Rosam, juxta en benedictus carduus hæret;
Datque tuis visenda oculis quæcunque retruso
Delituere sinu sonuit quando imbrida Bruma,
Adventum remorata tuum, quem celsa Tonantis
Regia miraturque moratur, & expetit unum;
Occurrensque tibi solennia vota precatur,
Gnara tui appulsus totiens totiensque cupiti.
Ecce racemosi subter declivia montis
Passibus haud æquis graditur Pomona *pudicas*
Inter Hamadriades, calathis onerata lacertos
Liventes, plenis prunis pomisque pyrisque.
Munera nec monti, vili nec nota vepreto;
Nec quæ trita gemens operoso vomere vallis,
Est opus Alcinoi, curata rosaria, fundunt.
Nunc rastro gravis est, uncâ nunc dextera falce,
Nobile nunc germen peregrino inolescere libro
Vulsum matre docet; sed te fugit omnia viso;

Occur-

Occurrenſque tibi ſolennia vota precatur
Gnara tui appulſus totiens totienſque cupiti.
Ecce Ceres flavens maturâ meſſe minaces
In terram fruges atque invitantia liquit
Arva manus, ſubitò collapſaque plurima ſicla,
Et patulos pleno rimatur lumine campos,
Veſtibus in curſum laxis, retroque ſolutis
Crinibus, aſcendit faſtigia montis anheli,
Exuperatque æſtus & nulli pervia ſaxa.
Nempe ſui metuens biberiſne oblivia longa
Hęret in aſpectuque tui pompâque tuorum,
Et reduci tetigiſſe rotâ cunabula gaudet,
Occurrenſque tibi ſolennia vota precatur,
Gnara tui appulſus totiens totienſque cupiti.
Ecce refulgentem auro pertæſa pharetram
Accelerat ſtipata ſuis Latonia Nymphis,
Atque avida amplexus ſtringit per denſa ſalicta,
Ingeminans Numenque tuum, Nomenque tuorum.
Diva vias duce te carpſit per devia ſæpe,
Et ſupera exuperans longâque indagine cingens
Convalles, ſalebras, ſaltus, montoſaque teſqua
Cornibus arboreis longævi tergora Cervi
Pinguia tranſegit, cognato ex agmine lecti:
Eminus aut arcu certo vel cominus ictu.
His feriata ſuo meritò gratatur amico;
Occurrenſque tibi ſolennia vota precatur
Gnara tui appulſus totiens totienſque cupiti.
Magna Pales properat, pecoris cui cura creandi:
Triſtè priùs ſilvit, paſtores frangere culmos
Præ mœrore tui fecit, deſueſcere avitam
Ipſa caſam, caulam, montes & frigida mulctra
Cæperat, impatiens abitûs. Veſtigia tantùm
Si tulit in ſylvas Rex vindex, undique clamor
Mulcebat venienti aures, humiliſque myrica,
Et ſalices, coryli tenues, flavenſque geniſta
Concipere ingentes animos, & credere viſu
Hoc ſe felices ſolo. Nunc ecce triumphat,
Occurrenſque tibi ſolennia vota precatur
Gnara tui appulſus totiens totienſque cupiti.
En tremulis ramis gratas jacientibus umbras

Pen-

Pendula proſpectans Philomela, *haud flebile carmen*
Integrat, vt quondam cum vis illata pudori:
Suavibus at cunctis aureſque auraſque ſusurris
Implet inaudito cantu, vocemque volutat;
Inque vices altùm reſonabilis aſſonat Echo.
En gemere āeriâ ceſſavit Turtur *ab alno.*
Atque novos modulans componit Acredula *cantus.*
Intonat excelsâ de turre Columba *ſalutem.*
Plauſitat adventum clamans de fronde Palumbes.
Aſturis *ambages, atque artes* Ardea *temnens,*
Pica *ſalutatum properant, ac* Sturnus, Acanthis,
Nil niſi te ſalvere ſonant, nec ſegnius hiſce
Regulus & Merops, & *pullo pectore* Paſſer.
Cuncta calent modulis, concentibus omnia fervent,
Occurruntque tibi, & ſolennia vota precantur
Gnara tui appulſus totiens totienſque cupiti.
At ne lætitiâ cedat mortalibus æther,
En rerum variique ſalus Concordia mundi
Fœderis æterno complectens omnia nexu,
Et ſacer orbis amor, movit lactentis ad ora
Quæ tibi prima, leves cœlo delapſa per auras,
Vbera ſacra, ſinuque ſuo geſtavit adultum:
En faciles Marti, duce te, nos ponere mentes,
Vlteriùs non ire odiis lætatur, vt antè,
Nec propria in proprias convertere viſcera vires.
Semper bellaces egit Bellona Britannos
In furiale nefas, fidâ nec pace quiêrunt
Angligenæ & Scoti, *donec te mittere mundo*
Promiſſum placuit ſuperis, pacare tumultus
Qui potis es tantos; pacali & nectis olivâ
Fœderis auſpicio, quod nec jam Martius ardor
Frangere quit ferro, nec fraus violare per artem.
His gaviſa ſuper nutrix Concordia Regi
Obvia ſit reduci, & ſolennia vota precatur
Gnara tui appulſus totiens totienſque cupiti.
Vltima quæque orbem divarum Aſtræa *reliquit*
Prima redit, meritòque ſuo gratatur alumno,
Pax pia ponè ſequens properat Pietaſque, ſororûm
Nobile par, ſequitur quas cætera turba Dearum,
Annuaque alternant æternæ vota ſaluti.

Scilicet

Scilicet id curæ ſuperis, cœloque ſecundo
Adventus tam magna tuos, Rex magne, manebant,
Gnara tui appulſus totiens totienſque cupiti.
At Lepus & Cervus cœli inter cuncta ſolique
Agmina, par timidum, dolet: his nam tempora priſca
Mente manent memori, quando nemora omnia circum
Hàc illàc fugerent, pedibuſque parare ſalutem
Compulerat tua turba ſagax, & odora canum vis.
Furva repurgato fugiunt en nubila cœlo,
Nullaque cœleſtes velant velamina vultus
Aſt cœlum terræ cernunt, ac æthera terras:
Ocyor oceano, quàm lex æterna vocabat,
Egit equos Titan, & radios magis æquora circum
Diſtendit nunquam. Quanquam gelidoſque triones
Ac Helicen anno viſitque vnoque reviſit,
Notius vtrique polo, mundi qui terminat axem,
Gratiùs haud quicquam prævaſto vidit in orbe.
In quo divinum nil non, quin protinus omnes
Virtutes cœlo reduces coiiſſe ſub vnum
Pectus, & in noſtros vſus ſe didere cernit:
Cernit & Auſonios lucos, Thaumantis & ædes
Pulſantem, & Themidis penetralia celſa terentem.
Te ducunt Muſæ dextrâ, penituſque repleto
Vngula quem fecit demergunt fonte caballi,
Et lætæ multâ cingunt diademata lauro.
Dulychius Pyliuſve ſenex non pleniùs aures
Imbuit eloquio attonitas; non ille diſertus
Rhetoricæ romanus apex, quum fulmine roſtris
Detonuit, traxitque ſuos in vota Quirites.
Valdiùs excultæ vibravit fulmina linguæ
Sceptrigerum longæva lues tibi cognita nunquam
Auri ſacra fames, gaudens nec cæde tyrannis;
Sed piger ad pœnas Princeps; ad præmia pernix.
Propitiis tandem divis & ſidere dextro
Ingredere, O gratus cunctis, Rex maxime Regûm
Vallem, quæ quondam ſtudiis exercita belli
Multa tulit fecitque ferox: hinc inde pericla
Mirificoſque experta metus, dum compita circum
Hoſtis Saxo *ruit, rurſuſque repente refugit.*
Tunc erat implacidi trux campus & area Martis:

Nunc vice mutatâ, verſiſque ad proſperа fatis
Ecce tui hoſpitio eſt & facta ſuperba tuorum;
Nunc ſeges eſt vbi ſica fuit; lætantia latè
Paſcua Paſtor habet; declinat lumina ſomno
Securuſque ſui eſt; habitu paciſque reſumpto,
In falcem formari enſes, in aratra domari
Fraxineum robur, diffindi vomere fundum,
Pabula reſtitui pecudi, colleſque colonis
Geſtit ovans: rigidos & quamvis Mulciber enſes
Aptârat ſudans, multâque incude laborans,
Et galeam Brontes, livens thoraca Pyracmon,
Et Steropes clypeum, magni geſtamen Abantis,
Et multi inſidias occulto Marte parabant,
Et ſpeculis vigil omnis erat, vicinia apertis
Faucibus vſque inhians prædamque ardebat opimam;
Irrita pace tamen cunctorum vota dediſti;
Perfidus invidiâ nigrâ rumpatur Abaddon.
Propitiis etiam divis, & ſidere dextro,
Non *jam viſa tibi primùm,* Drumlanrica *caſtra*
Ingredere, hoſpitium, & tibi nota palatia quondam,
Sæpe tuæ cœnæ fuerant quæ & conſcia ſomni;
Floribus & fundo, flexis & clara fluentis,
Turribus & Tempe, dumis atque hoſpite damâ:
Douglaſii *aſt magè clara domus quòd ſint, numeret qui*
Tot retro proavos, atavoſque, & nomina mille
Sanguinis vnius per plurima ſecula ductos.
Clara quidem cunctis; hodiernâ aſt luce recentem
Nacta tuo vultu ſplendorem, quem neque famæ
Livor edax, ignis, nec ſera aboleverit ætas.
Si monumenta juvat memoreſque revolvere circos
Annorum, invenies regali ſtemmate cretos
Douglaſios, Brusioque *in marte, in morte fidelem*
Impendiſſe operam Muſarum & Martis *alumnum*
Iacobum, *proli peperit qui inſignia cordis.*
Voverat emerſus bellis inviſere ſacras
Rex Brusius *terras, lapſis & vindice dextrâ*
Chriſticolis præſtò eſſe: illos nam inſida premebat
Gens mentita Saræ: *Regi ſed membra labore*
Et ſenio cum fracta forent, tunc iſta dirempta
Longæ vota viæ, pugnæque: idcirco repôſti

Corpo-

Corporis exectum cor, quodque argentea capſa
Muniret, moriens mandavit mole tegendum
Telluris ſanctæ ſtatuens ſic ſolvere vota,
Juſſa ſui promtus pia Regis obibat ad vnguem
Douglaſius; *bellum validò cum velite verſus*
Et, ſacroſancta Sion, *quondàm tua limina cœptum*
Itur iter: certuſque viæ tellure repertos
Heſperiâ inviſos CHRISTO, *jam prælia juſta*
Anticipans, hoſtes difflavit marte ſecundo
Multoties; gentis ſed tandem fraude malignæ
Heu vir tantus obit. Tunc tela enſeſque nefa idi
Et votas vetuere vias, & vertere vela;
Et calido Heſperiam ſatiarunt ſanguine terram.
At non virtutes ſævâ periere ſariſſâ,
Intemeratus honoſque, fideſque, & bellicus ardor;
Mortuus in patrias miſit quæ pignora ſedes:
Miſit, & æternùm mandavit munera ſtirpi,
Quæ ſacra conſervant huc vſque, et quicquid vbiq; eſt
Gentis Douglaſiæ *nullum violanda per ævum.*
Non antiqua tibi hæc tantùm, non marmore duro
Atria ſtructa recens, quæ dædala dextra Dipæni
Dedolat, aut amplæ fornix circumfluus aulæ,
Non cruſtata domus gypſo, non fuſus abundè
Circumquàque tapes, fulvum quem purpurat aurum,
(Vt mos eſt phariis miſcendi licia telis)
Non tibi calcatus quem olim Mareotica coccus
Concha dedit rictu, primâ non ebrius vndâ,
Non hîc delitiæ, non lautæ gloria menſæ
Plena maris tumidi ſpoliis, cœlique, ſolique,
Non abacus fulvi nutans ſub mole metalli,
Non famulæ numerus turbæ, populuſque miniſtrans;
Inſpicienda tibi tantùm non omnia, quantùm
Hoſpitis in menſâ mens eſt, prior omnibus vna;
Phoſphorus vt ſtellis cùm ſera crepuſcula fidunt.
Ille Jovem hoſpitibus ſolitum dare jura precatur
Hunc fauſtum Scotiſque *diem, ſociiſque* Britannis
Eſſe velit, noſtroſque hujus meminiſſe nepotes.
Vtque tibi facilis fuerit dare ſumma, tueri
Idem difficilis non ſit; ſed vindice dextrâ

Iova *tegat, videas post ſecula ſera ſepulchrum*
Laurigero canos quatiens in vertice crines:
Quin-etiam, tua tunc tumulus cùm texerit oſſa,
Qui ſolio inſideat ſemper ſub sole, ſuperſit
BRUTIADUM *fruticans veſtra de vite racemus.*

Ioannes Nimmo.

HIS MAJESTIE RETVRNING TO ENGLAND PAST BE DRUMFREIS, ON MOONDAY THE FERD OF AUGUST

Where at the entrie of the Towne, this ſpeach was deliuered by Mr JAMES HALYDAY *Commiſſar there.*

YOUR ROYALL MAJESTIE in whose Sacred person the KING of KINGS hath miraculouslie vnited so many glorius Kingdoms, vnder whose Scepter the whyte and reid croc es are so proportionablie interlaced, the Lyon and Leopard draw vp one equall yok, and the most honourable ordors of the *Thistle* and *Garter* march togidder, is most heartelie welcome to this your M. ever loyall Towne: whose Magistrats and People now beholding your long desired face doe imitat the *Lizard*. For no diamonts or carbuncles by lustre can so allure the eyes, as doeth the brightnes of your countenance our eyes and hearts. Hence it is that the mynds of your good Subjects are filled with such incomprehensible joy. And considering the innumerable comforts which this your M. auncient and vnconquered SCOTLAND (*Vnica vicinis toties pulsata procellis, Externi immunis Domini*) hath received vnder your happie governament both in Kirk and Politie, what merveile is it to see the flamme of their loue kyth in their faces and tongues, two infallible witnesses of their hearts? To recken all it were impossible, to speake of none it wer vngratfull: if I speake but of one, which is *Peace*, they who with bleeding hearts and weeping eyes did daylie taist of the bitter fruictes of discord, inward and outward broyles, shall acknowledge even that onelie *Peace* to bee all they could haue wished, and more then euer they could haue hoped for. For what is to be wished that wee doe not enjoy with it? *Omnia pace vigent*. Now *Justice* hath vnsheathed her sword; now basse assentation hath no place, and sycophants ar put to silence; now is not sucked out the marrow of the people by odious and vnjust monopolies; now is not the husband-man his face worne with the grindstone of extortion: but sitting vnder his owne Apletrie hee in *Peace* eateth the fruictes of his labours; *Relligion* hath her place; *Law* is in vigour; *Naboth* bruketh his owne vin yard; and *Achitophell* his just reward; *Simonie* preferreth not *Balaam*; nor doeth corrupting gold set vp a *Judge* in *Israel*: but euerie place is provyded with some one fitting and suttable for the same.

If silent in these things, should wee not be convinced of ingratitude to Almightie GOD, by whose grace wee haue this oure

Salomon, by whoſe providence, vnder GOD, theſe good things ar procured vnto vs? and at the fountaine of whoſe wiſedome ſo many Kingdomes and States get daylie refreſhment? Who wold eſſey to ſpeake worthelie of your worthie, rare, royall, and heroicall vertues ſhould haue *Eloquence* for his tongue; and let any ſpeak what hee can, what can hee ſpeake but that which everie man doeth know? for there is no corner of the Earth which hath not heard of your M. that yee are not onlie a mirour, but a maſter of Kings; not onely a patterne to their lyfe; but alſo a patrone of their cauſe. Doeth not your royall practiſe and penning prove all theſe? and knoweth hee any thing to whome your Βασιλικον δωρον and your learned writings againſt the ſupporters of the Antichriſtian Hierarchie is not knowne. O (SIR) your M. oweth much vnto your King, that King of Kings, by whome ſo much vpon you is beſtowed. That wee ſee the face of him, whome GOD hath anoynted ſo aboue his fellowes, is the ground of all theſe joyes which wee enjoy this day. In the fulneſſe of which joyes this one thing breeds vs angwiſh, that this your M. ever loyall Towne (whoſe people ever were, are, and ſhall bee reſolved to ſacrifice their lyues in their Princes ſervice, and of which GOD made choiſe, that it ſhuld be the place where your M. moſt royal Anceſter the valiant BRUCE, killed the *Cumming*, extirped the *Baliol* blood, and reeſtabliſhed the royall race of our natiue Princes) now ſhould bee the laſt period of your Maieſties progreſſe within this your moſt auncient Kingdome. Wold GOD it could bee circular, as that of oure vther Sunne; that all your M. ſubjects might enjoy the comfort of your preſence be viciſſitude. But let GODS will, and your M. weel be the meaſure of our deſires.

And ſince wee perceiue the force of our Load-ſtone failling, ſo that it hath no more power of retention; ſeeing your M. will ſouthward, wee would wiſh your courſe more Meridionall, even trans-*Alpine*, that, that Romiſh Idol, the whore of *Babel* might reſent of her too too preſumptuous ſitting in the Kirk of GOD in GODS owne chaire, aboue the Crownes of Kings. Let her feel the furie of your ſword, let her know the ſharpnes of your Pik, as weel as of your Pen, in that expedition ſhall not bee laſt *Mavortia pectora Scoti.* For may wee not now by GODS aſſiſtance, in like courage and magnanimitie levell with the ground their walles there, as wee did heere of old theſe monſtruous heapes of Stones and rampires reared be their Emperour *Severus* and *Hadrian*

drian. Eſpeciallie now having the concurrence of that bellicoſe and reſolute Natione which GOD hath made to come vnder your Standard with vs, how can wee but haue hope to cauſe all them who will fight againſt GOD for *Babylon*, like as many heards of Animals ſcattered on mount *Aventine*, and *Appennine* make jacks of old dyks? But remitting this and all other your Majeſties deſeignes to GODS gratious diſpenſation, and your worthie diſpoſition: Wee cloſe vp our ſpeach, praying Almightie GOD, that you and your H. royal progenie may ſit vpon the Thrones of your Dominions with increaſe of all heavenlie and earthlie bleſſings, ſo long the as Sunne and Moone ſhall haue place in the firmament of the heaven. *Amen.*